Galbanum odoratũ epilenticũ reuiuiſcit. — ɔplone vt voluit Gal. ¶ Galbanũ aũt ſuo odoratu
facit epilepticũ reuiuiſcere ſicut. ⁊ odoramẽtũ gallie
viuificat eos. ¶ Ex experimẽtis quoqȝ nr̃is ⁊ vſita
Gallia nõ ipſum viuificat — tis poſt corpis mundificatõeȝ eſt vt cũ hijs paſtillis
ſumat piretrũ cũ maſtice ⁊ cera quãtũ ſufficit ad in-
corporãdum iſta duo ⁊ fiant paſtilli qui maſticentur
ipſi eniȝ cũ virtute flegma deponũt ⁊ cerebrũ mira-
biliter mundificãt. ¶ Ad idẽ aũt vſi ſum⁹ mundifi-
catiõe corpis facta ſupra cũ ellectuario facto ſeu ſcri
pto ſupra cap. de ſoda circa finẽ ⁊ eſt penultimum: ⁊
ẽt vtile eſt illud qđ ſcribit infra caplo de ſurditate.
¶ Utebamur quoqȝ tyriaca ſcripta ſupra eodẽ ca. i
fi. nos illã dabam⁹ cũ decoctõe piretri. ¶ Et qr ap-
popleſia cõicat i cura cũ epilepſia ſicut ẽt plm cã ei⁹
ſic cura ei⁹ applicet cũ pdicta: pcolaudata tñ iter ce-
Gallia. — tera pdicta ſunt gallie odoramẽtũ. ¶ De brionia ãt
Brionia. — dicit Dya. φ ex ea bibat. ʒ. i. aut. ʒ. ij. ad plus pſtollat
epilepſia

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-148610-p0034-8 DFG

vid practica Joan. michael sauo. folio 66 et libro ... scriptum de magnis



ſicut ꝛ cura ſub eth ex his adiuuatur ſilibus.

¶ Additiones.

¶ Nota ſiquis poꝛtauerit ſecũ criſma nunq̃ pacietur epilepſiam.

¶ Expertũ quoq; habui a fratribus ſancti Frãciſci de obſeruantia d̾ ſancto Mauritio i caſu q̄ caro lupi cõbuſta pulueriȝata ꝛ data i epulis cõfert idẽ de pulmone lupi. Et ſi det̃ pulmo lupi lotus cum bono vino nigro: ꝛ coct⁹ cũ bonis ſpecieb⁹ aroma. liberat ab epilepſia ꝛ expertum eſt in vna iuuene de cõȝano nobili q̃ curata ꝛ nupta inde filios habuit.

caro lupi
pulmo lupi

¶ Expertũ ꝛ pꝛobatũ ad epilepſiam quo deum teſtoꝛ multi curati ſunt infantes. ℞. opoponacis: caſtoꝛei: ſan. dra. antimonij añ. tere ꝛ quocũq; mõ dare poteris patienti tribue videbis mirabile.

& infante...

¶ Jteȝ expertũ ſecundina aſine bene lota in vino nigro qñ ſtatiȝ nat⁹ eſt aſin⁹ ꝛ i furno exiccata ꝛ pulueriȝata data i ieiuno cũ modico vini albi ille ſpaſmus cerebꝛi ad man⁹ paulatiȝ reducit̃ deide ad digitos tãdẽ euãeſcit ꝛ reſoluit̃ ꝛ ẽ a religioſis ſumptũ. — Secundina aſini.

¶ Cap. 5. De ꝓhibitõe ſomnioꝝ ꝛ timoꝛis i ſõno.

Quia vero quidã moleſtant̃ in ſomnijs imaginant̃ ſuperflua ꝛ hec dictis egritudinibus cõmunicat. Nã ſm Auicẽ. 6. de naturalibus epileptici ꝛ appopletici ꝛ ſubetici eaſdem imaginationes vidẽt in egritudinibus quas in ſomno tp̄e ſanitatis: ideo nõ fruſtra dicẽdũ eſt aliqd poſt hec. dico auteȝ p̄cedẽtia cõuenire. ¶ Ueruȝ has viſiones habẽtes debilioꝛibus egent auxilijs q̃ȝ p̄dicti particulariter auteȝ hec cõferunt. ¶ Semen lactuce bibituȝ ſupflua ſomnia pꝛohibet. ¶ Et dixit Amech qui poſuerit poꝛtulacam ſuper lectũ ſuum nõ videbit ſomnũ penitus. ¶ Et dixit Raſis q̄ oculus vrſi dexter deſiccatus ꝛ ſuſpenſus ſuper pueꝝ remouet ab eo timoꝛeȝ i ſomno. Jdẽ dixit de oculo dextro lupi

Semẽ lactuce.
Poꝛtulaca.
Oculus dexter vrſi ꝛ lupi



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-148610-p0035-4
DFG

Margarita Serpētaria.

¶ Et dixit Auic. margarita ſuſpēſa collo timorem tollit. Et Albert⁹ dixit ſi tollat herba ſerpētaria trita cū herba trifolij generat ſerpētes. Si igit de eorū puluere ſub capite ponat de certo nō ſōniabit.

¶ Capitulum. 6. De litargia.

Litargia quoqȝ cōmunicat cū p̄dictis in cauſa vt plm: ideo multa p̄dicta hic adducātur ⁊ maxie euacuatiōes ⁊ mūdificationes ꝯueniētes.

Saturegia.

¶ Scriptū eſt ſpāliter ad litargiā mortalē ꝙ saturegia cū aceto frequēter iſuſa capiti litargiā exiccat. Et de anacardis dctm̄ eſt ꝙ approp̄etate ꝯferūt: q̄re cōdita anacardina cōfectio vtilis eſt cui⁹ doctrinā infra ſcribemus cap. de egritudinibus motus.

Anacardi.

¶ Capitulum. 7. de vigilia.

Somnifera.

OMnes fere doctores cōueniūt in hoc q̄ q̄ſi oia frigida ſomnū ꝓuocāt: ſed iter alia laudarunt lactucā: papauer: mādragorā: ſemina cōmunia frida: opium ⁊ ſimilia. ¶ Et ex cōpoſitis qdem eſt hoc ꝙ ſomnū ꝓuocat alienationē tollit ⁊ febrem ⁊ ſitim. ℞. ſeminis lactuce portulace: papaueris ſeminis cucurbite: ⁊ citruli excorticati ana. ℥. v. ſucci ligritie: dragāti: amili: opij: ana. ℥. i. ſ. terātur omnia ſubtiliſſime ⁊ fiat trociſci cū mucilagine pſilij. Doſis a. ℥. ij. vſqȝ ad. ℥. iiij. cū aqua frida aut cuȝ aqua citruli vel lactuce vel ſimiliū ſicut vocat neceſſitas.

Trociſci.

Embroca.

¶ Embroca materialis que ēt aufert dolorē capitis calidū. ℞. folioꝝ apij capitū papaueris folioꝝ mēte ſeminis lactuce iuſquiami añ. ptes eq̄les coquant in aqua que ſufficit vſqȝ ad ꝯſumptionē tertie partis ⁊ fiat capiti embroca: ⁊ ſi emplaſtret fiet opatio fortior ⁊ p̄fectior. ¶ Oleū ēt mirabile quo fit inūctio. ℞. opij. ℥. x. ſeminis lactuce. ℥. viij. iuſquiami mādragore añ. ℥. v. corticum papaueris. ℥. xij. terātur groſſe ⁊ ſup eis ꝓijce aquā exp̄ſſionis mandragore aut decoctionis ei⁹ lib. j. aque decoctionis

Oleum mirabile.

Agrimonia si capiti supponitur non surget dormiens dormiri facit nec excitatur nisi removeatur

capitũ papaueris lib.j.olei ſiſamini lib.j. coquãtur in duplici vaſe vſq; ad decoctionẽ ſuccoꝝ ⁊ ex hoc frons ⁊ ſinciput liniãt ⁊ ẽt põt narib⁹ ſugi ⁊ eſt mirabile. ¶ Et ego multotiẽs ſum expt⁹ vt tollat ſuccus lactuce papaueris ſolatri aque roſ.añ.par.j.aceti par.j.opij.par.iiij.infundãtur in ſpongia ⁊ apud naſum teneat infirmi. ¶ Qđ ſi cauſa vigilie ſit materia frida cõfert tũc ſuffumigiũ hoc. ℞.camomille floꝝ aneti añ.ʒ.ij.melliloti.ʒ.j.corticũ mãdragore:caſſie:ſquinãti.añ.ʒ.iij.corticũ papaueris.ʒ.j.ligni aloes boni.ʒ.j.ſ.terant groſſe ⁊ fiat ſicut in alio ſuffumigio diximus. ¶ Caputpurgiũ i caſu codẽ ℞.olei anetini: olei de croco: olei camomille añ. fiat caputpurgiu; ⁊ ſi neceſſitas vrget fiat additio ex modico croco ⁊ opio cũ eis op;.n.qñq; tm̃ ſomnum iducere vt poſſit incidi mẽbru; aſbq; dolore. ¶ Et ſimplicia qdem laudata ſunt loliũ: iuſquiamus:lignũ aloes:cortices mãdragore:opiũ ⁊ ſimilia. ¶ Et ego qdem laudo aquã hãc qua frequẽter ſum vſus. ℞.mirrhe:vſnee:iuſqami nigri:corticũ mãdragore:lolij añ.M.j.opij.ʒ.ij.nucis muſ.aloes: gallie muſc.an.ʒ.j.coquant oia in aqua donec iſpiſſentur ⁊ cũ vino miſceant ⁊ bſbãtur. ¶ Ellectuarium ꝓpria induſtria factũ fortiſſimũ. ℞.corticum radicũ mãdragore. M.j.ſeminis iuſquiami nigri. ʒ.j.papaueris albi:nigri:⁊ rubei añ.ʒ.j.terant groſſe ⁊ coquant oia in duabus lib.aque donec redeant ad lib.j.⁊ collent ⁊ manibus exprimant tũc. ℞ zuchari albi li.j.ſ.diſſoluãt cũ ꝑdicta decoctõe ⁊ bulliãt vſq; ad zuchari pfectã decoctionẽ poſtea addatur pulueris harum ſpecierum nucis muſcate:gallie muſc.ligni aloes añ.ʒ.ij.corticum mandragore: ſeminis iuſquiami:papaueris albi ⁊ rubei añ.ʒ.iii. opij.ʒ.ii.terantur ſubtiliter ⁊ cum zucharo miſceantur ⁊ fiat confectio.

Expertum.

Suffumigiũ

Caputpurgium.

Aqua ſomnifera.

Ellectuarium

¶ Additio.

¶ Pillule ad ſom.prouocādū.℞.amili.ʒ.j.croci ʒ.iij.opij.ʒ.ij.tempera cū aqua roſ.⁊ fac pillulas. Item.℞.opij.ʒ.ſ.croci ponderis vnius denarij ⁊ ſimul optime incorporent̄ mediante aceto deinde bene miſceātur cū.℥.ſ.populeon eſt eniꝫ ꝓuocatiuū forte ſomni in feb.intenſa ſi fiat inunctio tempoꝝ. Item pillule alie fortes que ſic fiunt.℞.opij:croci caſſie lignee aā.ptes eq̄les detur ſola pro vice.

¶ Capl'm.8.De melancolia ⁊ timore.

ET ex hijs quidē eſt ſiſaminū vſus.n.eius in cibo multuꝫ ꝓdeſt.¶ Timori q̄ ex ipſa accidit

Margarite. ꝓprietate ꝯferunt margarite.¶ Lingua aūt bouis

Bugloſa .i.bugloſa multum etiā cōfert.¶ Qḋ aūt dicitur

Lac. eſſe cura eius eſt vſus lactis cōtinuus q̄ꝫdo aſſocie

Aurum. tate cōtingit multa.¶ Aurum ēt ſ꜊ omnē modū

cōfert.¶ Et ex expertis taꝫ auctoꝝ q̄ꝫ etiā noſtris

Ellectuariū. eſt ellectuariū hmōi.℞.ſete tincte ex cremeſi ⁊ grana ſuper cuius tincturā nō multū preterierit circa lib.j.ſubmergat̄ in ſucco pomoꝝ dulciū ⁊ aq̄ roſ. aā.lib.j.ſ.⁊ dimittat̄ die vna deinde fac bullire modicum donec rubeat aqua deīde extrahe ſtatim cōprimendo eā ⁊ pone in ea zuchari tabarzet.ʒ.ſ.⁊ li.j.⁊ coq̄t̄ dōec habeat ſpiſſitudinē mellis tūc aufer ab igne ⁊ pone in eo calido ambre crude minutiꝫ incise ʒ.x.⁊ dimitte in eo liquefieri deinde ꝓhijce ſup ipſum puluereꝫ haꝝ reruꝫ.℞.ligni aloes crudi ⁊

Species eſt cinamomi. darſeni aā.ʒ.vi.lapidis laꝫuli preparati: margaritaruꝫ albaꝝ aā.ʒ.ij.auri boni:muſci boni aā.ʒ.j.ꝯfice oia ſimul doſis eſt aur̄.ij.ſ.¶ Nos fiduciam in iſto

Nectar expertum ad quartanam. habemus ⁊ maxime ꝑparātes infirmū hoc nectare qḋ perutile inuenim⁹ ꝙ eſt.℞.epithimi recentis foliculoꝝ:ſene:floꝝ boraginis:aā.M.ſ.cinamomi ℥.ij.ſ.caſſie:ſpice:macis:cardamomi aā.℥.ſ.ꝫinꝫiberis:gariofiloꝝ:ſeminis aniſi aā.℥.j.fiat nectar cū vi-

Ad quartanam

no ſubtili.doſis in mane eſt ciatus vnus. Eſt autē
hoc nectar tante virtutis vt cū ipſo ſolo iam ſana/
uimus quartanā. ¶ Confert ēt ad idem quū eſt mi
rachia ſirupꝰ noſter hmõi. ℞.capilli ve.ligue boui/
ne:paſſulaꝝ añ.M.j.xilo aloes:ſpice:maſticis añ.ʒ.
ij.epithimi:polipodij:floꝝ boraginis añ.℥.ſ.fiat ſi/
rupus cui addaẽ ſucci pomoꝝ redolentiū.℥.j.ſ.çu/
chari lib.ij.⁊ i fine aromatizeẽ cū ambra. ¶ Ad idē
eſt cõfectio hmõi ꝑter hoc aliud multa iuuamenta
hꝫ. ℞.roſ.rubeaꝝ.℥.vj.ciperi.ʒ.v.gariofiloꝝ: ma/
ſticis:ſpice:aſſari oīuꝫ añ.ʒ.ij.macis cardamomi:nu
cis muſcate añ.ʒ.i.teranẽ ⁊ miſceātur poſt.℞.lib.j.
emblicoꝝ coquaẽ cū lib.vij.aque donec pars tertia
remaneat poſtea coleẽ ⁊ probijciaẽ ſup eam mellis
lib.i.⁊ coquatur vſqꝫ ad mellis ſpiſſitudinē.poſtea
addatur puluis predictus ⁊ miſceatur cum ſpatula
ſalicis vel citri ⁊ aromatizeẽ cū.℈.ſ.muſci. ¶ Ad/
huc eſt hoc ex ſecretis galeni. ℞.ſeminis aniſi cha
rabe:corali cõbuſti:xilo aloes puri:ſeminis corian/
dri ſicci:margaritaꝝ tritaꝝ:vt alchool:folioꝝ roſ.
ſpodij maſticis oīum añ.auẽ.iij.mirabolanoꝝ ido/
ruꝫ:cheb.citrinoꝝ mūdatoꝝ a ſuis nucleis añ.auẽ.
x.turbit albi auẽ.xij.agarici auẽ.viii.zedoarie:doro
nici añ.auẽ.ij.zuchari tabarzet ad põdus omniū te
rantur oīa ⁊ fiat puluis.doſis multis diebꝰ cū aqua
frigida vſqꝫ ad.ʒ.v. ¶ Item ad educēdū melācoliā
℞.aloes.ʒ.vij.maſticis.ʒ.iiij.agarici:carthami:po
lipodij:epithimi añ.ʒ.ij.folij:caſſie lignee:ſpice añ.
ʒ.j.tereanẽ ⁊ cribellenẽ ⁊ cõficiātur cū melle diſpu/
mato.doſis auẽ.j. cum vino ſi non impedit febris.
¶ Itē cõfectio hec propria ad timorem. ℞.trium
piperum ſeminis peonie:galange:zinziberis: ſpice
inde ⁊ romane:ſeminis leuiſtici:carpobalſami:xilo
balſami:gariofiloꝝ:aſſari:cimini :cinamomi.ozimi
maioris ⁊ minoris:corticum citri ſiccorum:añ.℥.j.

Sirupus.

Confectio.

Confectio.

been al.⁊ rub.zedoarie:doronici: ameos:radicū li/
gritie.margaritaꝝ:tritaꝝ:vt alchool:charabe cora
loꝝ:lapidis lazuli.abluti:ſādarace:croci:nucis mu
ſcate:lace ariſtolo.ſeminis portulace:ſemis apii.co/
riandri: ſete crudē inciſe añ.ʒ.5.macis: fauſel ⁊ eſt
auelana ida:galie.añ.q̄rtā partē.ʒ.i.muſci.ʒ.ii.terāt
⁊ cribellent ⁊ liniant cū.ʒ.ii.olei de amigdalis ⁊ cō
ficiat cum melle diſpumato doſis oi die eſt.ʒ.iii.

¶ Capitulum.9.De debilitate cerebri.

Cerebrū gal line.

ET dixit Raſis auctoritate Gal.q̄ cerebrū ga/
linaꝝ multū vz ɔtra tremorē cerebri ⁊ ſepum
ipſaꝝ addit in ſenſuz. ¶ Et dixit Auicen.xiloaloes
valde cōfert cerebro ⁊ cōfortat ſenſus. ¶ Et ex ſe/
cretis quidē eſt hoc ⁊ ex experimētis. ℞. ſalis gē/
me ſalis maſſe:ſalis nitri cōbuſti:ſpume maris:bau
rach albi oium añ par .i. ellebori albi par .5. cōdiſi
ſtafiſagrie:ſinapis.tartari cōbuſti añ.par .i. ſulfuris
rob.ſumach:gallaꝝ:alchāne:ſquināti:praſſii gūmi
arabici:olibani:gariofiloꝝ:xilobaſmi:liliū:arſenici:
aluminis folii:ſpice:nucis muſcate añ par.5.terant
⁊ cribellent ⁊ ſoluant in aq̄ ſaponis aut i aceto vini
antiqui ⁊ conficiant oia in mortario ſimul fortiter
agitando ⁊ fit acetū bulliens quādo ſoluit cū ſapo/
ne ⁊ fiant trociſci.ʒ.v.vnuſquiſq3 ⁊ exicet i vmbra
cū ergo trahuntur ad vſum teratur vnus ex eis ⁊
ſoluatur cum aqua calida ⁊ abluatur ex eo caput:⁊
caueatur ne ex eo cadat aliquid in oculum.⁊ ſit na/
tura leuis hec etiam conſumit vapores ad cerebrū
aſcendentes ⁊ impugnat catarro.

Xiloaloes.

Sal.maſſe ⁊ cōe idem.

Als a ferme/ tiz ⁊ eſt ſpēs liliū ſilueſtris.

¶ Capl'm.10. De paraliſi ſpaſmo ⁊ ſimilibus.

QUia ſicut cerebro accidunt egritudines nocē/
tes principaliter cogitatiue virtuti de quib⁹
dictū eſt ſupra. Ita etiā ei contingunt egritudines
nocentes motiue virtuti ſicut ſpaſmus: paraleſis:
mollificatio tortura:⁊ hmōi ideo de oib⁹ his dicet.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-148610-p0040-1

Anacardi.

¶ Et ð anacardis aũt dictũ eſt ꝙ cũ ſua calefactio
ne appropriętate ſenſus acuũt ⁊ laxationi neruorũ
cõferunt. ¶ Ad oẽs egritudines neruoꝝ confert

Lac paucedani ⁊ quid eſt.

multuz lac paucedani ⁊ eſt feniculus porcinus ſiue
agreſtis bibitum ſiue ſemen eius vel ſuffumigatio
ex eis. vel etiam inunctio facta cum lacrima eius ⁊
aceto ſimiliter ⁊ ſuccus eius cum oleo roſ. ⁊ aceto
mixtus maximũ eſt preſidium. ¶ Ad inflamandũ

¶ Febrẽ facientia.

ſubito corpus ⁊ febrem inducendum ſumat̃ ex aſſa
fetida ad quãtitatem fabe mane ⁊ ſero. ¶ Quod
etiam ſubito totum corpus calefacit eſt vſus pipe-
ris ⁊ piretri: ſed de pipere quidẽ ſcriptũ eſt ꝙ ei nõ
eſt par ſicut in gũma rute ſilueſtris in calefaciendo
nõ eſt par. ¶ Ad idem omnes quaſi cõcordati ſunt

¶ Purgantia capͫ ⁊ neruos.

nigellã eſſe vltimũ farmacũ. ¶ A neruis aũt ⁊ capi
te educit materias appropriętate mirabili q̃ eſt i eo

Agaricus. Cepe odore. Ciclamen. Gargariſma

agaricus. ¶ Idem facit cepe appropriętate que eſt
in ipſo ſolo ſimplici odoratu. ¶ Hoc idez facit ſter
nutatoriũ factũ ex ciclamine mixto cũ melle. ¶ Si
militer quoqȝ operat̃ gargariſma factũ ex cortice ra
dicum capparis cocto in aceto ⁊ melle aut ſi cortex
ẽt maſticet̃. ¶ Et ſi ex radice ⁊ ſemine ſumat̃ vſqȝ
ad. ʒ. ij. cũ vino mirifice ſanãt. ¶ Ad paraleſiz mul-

Euforbium. Semẽ ſpine albe. Oleuz de maiorana.

tũ ꝯfert euforbiũ cum aliquo oleoꝝ inunctũ. ¶ In
fantes aũt ꝯtritos ſaluberrime ſanat ſemen ſpine al
be potui datuz. ¶ Oleũ ẽt de maiorana ſcribit̃ eſſe
medicamen eius: ſicut ⁊ in tremore oleũ de cinamo

Iuniperus.

mo eſt mirabile. ¶ De iunipero ſcriptũ eſt ꝙ nihil
eo melius reperit̃. ¶ Ad oẽs autẽ frigidas egritu-

Sirupus de ſticados.

dines neruoꝝ dicit Aui. ꝙ ſirupꝰ de ſticados eſt ma
gis iuuatiuus q̃re oꝫ aſſidue vti eo q̄ hꝫ debiles ner
uos ⁊ qui ex frigiditate in ipſis patit̃. ¶ Ad tortu

Nigella ad torturam.

ram aũt ſpãliter accipiat̃ nigella ⁊ īfundat̃ p̄ noctez
in aceto ⁊ mane terat̃ ⁊ fiat caput purgiũ ⁊ teneat̃
etiã proxima ſic infirmo vt per nares illam ſentiat.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-148610-p0041-6

Aſrop ē eſt muſtū coctuꝫ ad ſpiſſitudinem.

¶ Ad idē facit caputpurgiū cū roba multū ꝯfert. ¶ Patiens aūt torturā in domo moret tenebroſa. ¶ Omnibus aūt egritudinibꝰ predictis ⁊ ſpaſmo cōfert ſerapinū ⁊ ſcriptum eſt de ipſo ꝙ eſt vna ex melioribus rebus. ¶ Ex expertis aūt ꝓprijs ad paraleſiꝫ eſt aſſumptio radicis vitis albe a.ʒ.j.vſqꝫ ad.ij ad plus cū ydromelle. ¶ Ad paraleſim que eſt in vtroqꝫ latere cū nocumēto ſenſus radix rubee contrita in potu ꝓpinet. ¶ Ad ideꝫ aūt eſt mundificatio corporis facta cū cōfectione ſerpentarie ſcripta ſupra cap. de ſoda circa fineꝫ. ¶ Et ſuperius pmiſſimus ſcribere anacardine perutileꝫ in hoc caſu qua ēt cōtinue vtimur que eſt. ℞. zinziberis: piretri: nigelle: coſti: piperis: macropiperis: acori añ.ʒ.x. foliorum mirrhe rubee: aſſe: gentiane: ariſtolo. bacharuꝫ lauri: caſtorei: aſſe: ſinapis añ.ʒ.v. mellis: anacardi.ʒ.v.⁊ tertiā inuoluant oīa cū oleo nucuꝫ ⁊ cōficant cū melle doſis ſit granū lauri. ¶ Experientiā etiaꝫ habemus ꝙ aqua roſmarini ſublimata ſm omnem modum adminiſtrationis multum confert.

Serapinum

Radix vitis albe.

Radix rubee.

Anacardine deſcriptio

Aqua roſmarini.

¶ Caplm. II. De reumate ⁊ catarro.

De qbꝰ catarrus dicit a tepi.

Omnis quidē fluxus a quacūqꝫ pte ⁊ ad quācunqꝫ partē fluat pōt dici catarrus appellatione comuni lꝫ ſm loquentes catarrus ꝓprie ſit q a capite defluit ad ptes inferiores ⁊ maxime ad pulmonē ⁊ pectus. Fluxus vero qui eſt ad nares dicit ꝓprie coriza ſicut q ad fauces dicit brāchus. ¶ Ex his.n. que preferunt ſi catarrus ⁊ reuma eſſet antiquus eſt vt liniantur nares ex myrrha cum penna. ¶ Fumus quoqꝫ ſtoracis liquide eſt multū vtilis: licꝫ: in corriza ſit vtilimus ſm Auicē. ¶ Storax āt ſicca facit ad deſcēſum catarri approprietate aūt deſiccat catarruꝫ. ¶ Sandaraca etiam eſt vehemens. ¶ Ad idē eſt gargariſma factuꝫ cū ſucco foliorum ebuli ſm dictuꝫ Auic. ¶ Loch hmōi eſt iuuatiuuꝫ

Loch.

bonuꝫ. ℞. capita papaueris quāta vis ꝛ coquātur cū aqua pluuiali vſqꝫ ad cōſumptionē medietatis aq̄ ꝛ ꝯſumptioni admiſtreť mellis ꝙ ſufficit ꝛ coq̄ť iteꝝ vſqꝫ ad iſpiſſationē ꝛ aq̄ ꝯſūptiōeꝫ ꝛ fiat loch. ¶ Boluꝫ āt armenū affert iuuamētuꝫ maximum ſi deť nō febrienti cū vino paꝝ limphato febricitanti vero cū vino multū limphato. ¶ Cū aūt catarr⁹ eſt cū grauedine: thoracis: radix draguntee: maximū cōfert iuuamētuꝫ ꝛ effectū: ꝛ tumoreꝫ thoracis curat nō amplius reuerſuꝝ ꝛ maxime ſi aſſa vel cocta fuerit accepta. ¶ Ideꝫ facit puluis eius radicis cū melle mixt⁹. ¶ Fumus quoqꝫ aſpalti multū eſt vtilis. ¶ Ad reuma quoqꝫ ꝛ ſquinātiaꝫ ariſtolo.ro exhibeať. ¶ Ad oē etiā reuma eſt perutilis fumus nigelle torrefacte ꝛ retente i pāno lineo. ¶ Simľr autē ad omne reuma vtilis eſt theil eſt auteꝫ theil gramen. ¶ Qđ āt corrizā certiſſime maturat ſunt auellane aſſe cū pauco pipere. hoc aūt experti ſum⁹ optimū nā cibātes ifirmū de ſero cū eis tm̄ ſemel iuenimus ſanatū ſine alio auxilio. ¶ Ex ppꝛ. ̇js aūt ē noſtris eſt ad corrizā ſuffumigatio facta cuꝫ lino ꝙ ēt valet ad ꝓfocationē matricis. ¶ Ad idē vtimur ſolo odoratu ſtoracis q̄ multū cōfert. ¶ Eandē quoqꝫ ſanat flos edere coct⁹ cū oleo vel rodano. ¶ Ad exiccāduꝫ aūt catarrū cū ʒ. j. māne diſſolute cū vino facimus caputpurgium qđ etiam valet ad cerebri ventoſitates. ¶ Utimur etiā linimentis dictis ſupra capitulo de debilitate cerebri. ¶ Ad ſedandum catarrum calidum acutum ſiccum. Sumatur ſebeſten ꝛ coquatur ꝛ fiat loch cuꝫ zucharo lenit enim pectus ꝛ tollit ardorem eius ꝛ catarruꝫ. ¶ Nos aūt mendoſe coacti ꝑ vnam nocteꝫ curare ocultauimus dantes in hora ſomni vſqꝫ ad .ij. vel. iij. ex pillulis huiuſmodi. ℞. ſtoracis: myrrhe: opij an̄. cum melle diſpumato fiant pillule ſicut piper.

Bolus ar.

Radix dragontee.

Fum⁹ aſpalti

Fum⁹ nigelle torrefacte.

Gramen. Auellane aſſe

Suffumigiū ex lino ad matricis ꝓfocationem.

Storax.

Flos edere.

Loch ď ſebeſten ad catarrum cali.

Pillule.

Suffumigiū ex ambra ad catarruz flegmaticū ſalſuz

¶ In catarro ex flegmate ſalſo iueni perutile ſuffumigiū factū ex ambra: ⁊ ēt eius retentio i naribus. ¶ Et ad hoc proprie valet imediate receptio pillulaꝝ predictarum. ¶ Gargariſma ēt tale operamur. ℞.foliorum plantaginis oliuarum: endiuie: radicum liquiritie: añ. coquanť i aqua decoctione perfecta ⁊ fiat gargariſma.

Gargariſma

## Additiones.

¶ In reſoluēdo cataꝝ recepta poteſt eſſe talis experta: vt dicit magiſter. ℞.laudani puriſſimi: q̄rtū j.maſticis.ʒ.vi.milij.ʒ.ij.pulueriʒanda pulueriʒenť prius ⁊ cōquaſſanda cōquaſſenť cū piſtello calido oia malaſſando cū oleo camomillino ⁊ fiat emplaſtrū ad quātitatē medij palmi i longitudine ⁊ i latitudine 6.digitoꝝ ⁊ extendať ſuper alutā ⁊ ponatur in parte anteriori capitis ſuper cōmiſſuram.

Emplaſtrū.

¶ Cōtra frigidū reuma vel ad alias paſſiones fri. capitis. dentur tres pillule ex pul.caſſelig. ⁊ laudano confecte mire cerebrum confortant.

¶ Medicamen valens ad fluxū hu. cali. a capite ad.pec. ⁊ mēbra ſubiecta ſtringēdū. ℞.ſeminis papaue.al.corriādri: dragāti iſuſi amili: ſucci ligritie añ.ʒ.ij.cōficiāť cū ſiru.mirtino ⁊ fiāt pillule ⁊ teneanť i faucibns hicide ⁊ potiſſimū quādo dormiet: q: tūc magis reumatiʒat. Et ſi materia ē fri ℞.maſticis: thuris: myrrhe: nucis cipſſi: ſtoracis: calamite: ligritie mūde vuaꝝ paſ.iniubaꝝ añ.ʒ.j.cōficianť cū ydromelle ⁊ fiāt pillule ⁊ teneanť i ore vt ſupra.

¶ Tractatus tertius primi ſermonis. De diſpōnibus palpebraꝝ ⁊ oculoꝝ cōtinet capitula.xiii.

¶ Cap.primū. De recuperatiōe piloꝝ palpebraꝝ.

Dicemus igitur taʒ de diſpōnibꝰ coopertorij quā oculi. A coopertorio tanq̄ ab extra magis exiſtē

ri initiũ faciẽtes et primo de recuperatione pilorum i palpebris circa q̃ multa de his que dicta ſunt ſupra capl̃o de pilis requirant. ¶ Et ex prelaudatis primo eſt lapis lazuli qm̃ in hoc hʒ ꝓprietatem. Et ipſum ẽt azul bonos efficit illo et prolongat appropietate quã hʒ et in hoc eſt vltimũ. ¶ Fumus quoqʒ eleuatus a ligno pini multũ cõfert et experti ſumus de maiori pino. ¶ Cũ aũt rubedo et durities exiſtũt i palpebris ad pilos ipſorum reſtaurãdos bñ facit fum⁹. medicinarum calidarum ſicut ſtoracis: ſpice et alchitram. ¶ Ex cõpoſitis aũt eſt hoc. ℞. antimonij. ʒ. vi. nuclei dactilorum cõbuſti. ʒ. ij. fellis muli. ʒ. ſ. terant et cribellent et adminiſtrentur. ¶ Et dixit Raſis ꝙ ſplen aſini aſſus et tritus in modũ collirij et liquefactus cum ſepo vrſi et oleo donec fiat in ſpiſſitudinem mellis ſi ex eo ſupponat cilio depilato naſcunt pili. Idẽ aũt videt de palpebra.

Lapis lazuli
Fumus ligni pini.
Alia lra habet ãtimonij. ʒ. vi. nuclei dactilorum cõbuſti. ʒ. i. milli ſolis. ʒ. ſ.
Splen aſini.

¶ Capitulũ. 2. De prohibitiõe generatiõis pilorum palpebrarum et rectificatione orbiculi naſcentium.

Dicimus aũt ꝙ mũctio facta cũ ſanguine bouye vel cũ ſan. ranarum viridiũ ꝓhibet ortũ pilorũ euulſorum. ¶ Idẽ facit ſanguis ſerpẽtis inũct⁹. ¶ Sumat etiã cinis cõchiliũ paruarum antiquarum et miſceat cũ alchitrã et locus inungat et dñe carnes aduri et nõ teſta. ¶ Oua aũt formicarum et rubigo ferri ꝓhibet pilos generari appropietate. ¶ Et Rirãdus dixit ꝙ hoc facit ſanguis veſpertilionis inunctus. Et etiã fel mergi cũ cedria inunctus. ¶ Et quãdo orbicul'r naſcitur pilus ponatur cum ſtillo mucilago limatiarum naʒ cõglutinat et rectificat ortuʒ eius. ¶ Idẽ quoqʒ operat albumẽ oui et maxime mixtũ cum olibano pingui et hoc confirmat Gal. ¶ Quecũqʒ aũt dicta ſunt de pilis palpebrarũ ad pilos ſupciliorum adaptẽt adducant aũt hic ea q̃ adducta ſunt ſupra ca. de ꝓhibitione pilorum.

San. ranarum serpentis.
Oua formicarum.
Rubigo ferri
San. veſpertilionis.
Fel mergi.
A

¶ Gloſa.

¶ Accipit mucilago limatiarum ſic. perfora carnes ipſarum cū cultello acuto: qr cum hoc facies exire ab eis humiditatē multum viſcoſum q̄ eſt vtilis ad euelleñ pilos palpebrarum ꝛ vtere in emplaſtris q̄ ponuntur in fronte ad prohibēdum humores ad oculos peruenientes.

¶ Additio.

¶ Euellat pilus additus aut iuerſus in palpebra deinde inungat locus cum ſang. rane aut pediculi aut catuli canis aut fiat cum ouis formicarum cōtritis aut rubigine ferri ꝛ ſaliua aut cū iſto. ℞. ſpume maris ſalis ar. vngule aſine aduſte miſceantur iſta cum aceto forti ꝛ mucilagine: ſemis lini ꝛ locus illiniat.

¶ Capitulum .3. De aſperitatibus palpebrarum ſcabie ꝛ ordeolo.

Testa ſepie. Commune quidē eſt in aſperitatib⁹ palpebrarū in cura ipſarum vt fricent cū teſta ſepie quo uſqꝫ ſanguis egrediat: nā poſtea alie medicine efficacius operantur ¶ Et ex prelaudatis auxilijs eſt

Lapis ematitis. lapis ematitis terat autē ſubtiliſſime hoc vult Gale. de oī lapide cū ad vſum deducit. miſceat autem cū melle ꝛ lacte mulieris ꝛ fiat inunctio. Gal. dixit ꝙ eo ſolo vti poſſumus aſperis factis palpebris ꝛ ſi quid eſt ſtones ſint facte per omnē remiſſionem facies vel magis p decoctionē fenugreci. Si vero ſine flegmone p aquā vitellum oui crudū cum lana impoſitum palpebris inflatis flegmonantibus eſt vl

Radix albech. timū. ¶ Et radix etiā albech: al's altee illos reſol

Flos eris. uit. ¶ Ziniar quoqꝫ ꝛ ē flos eris ſiue viride eris diſſolutū cū aq̄ mellis aſperitates aufert: ſed tunc ſpōgia cū aq̄ calida ſupponat oculo. ¶ Idē operat ꝛ ſquama eius ſimiliter ꝑparata. ¶ Gal. dixit ꝙ cōgrue p ipm cōficiētes collıria ſ. p florē eris mundificam⁹ ꝛ cōſumim⁹ magnas aſperitates palpebrarum.

¶ Sinapis trita ꝛ mixta cũ melle ꝛ aq̃ illas ſanat. Sinapis.
¶ Si vero vlceratio ſit ſcabioſa in palpebris emplaſtrum ſuper oculo fiat ex camomilla decocta.
¶ Ordeolum ꝟo qḋ eſt apoſtema ſimile ordeo qḋ ſit in palpebra optime ſanat ſerapinũ cũ aceto diſſolutũ ꝛ inunctũ. Ad ordeolũ. Serapinum.
¶ Et dixit Mirandus cões formice decapitate ꝛ atrite ꝛ i palpebris poſite ordeos ſanant. Formice. Similiter autem ꝛ campeſtres que frumentũ comedunt celeriter ſanant

¶ Cap. 4. De liuoribus circa oculos factis ꝓpter percuſſionem vel aliam cauſam.

Aloes mixtũ cum melle ꝛ ſup illinitũ tollit liuores. Aloes. ¶ Idẽ opaꝛ aſſa mixta cũ oleo ꝛ ſup poſita. Aſſa. ¶ Ciminũ quoqꝫ coctũ cũ melle ꝛ paſſulis tollit optie illas maſticãtes miſcẽdo. Ciminum. ¶ Maiorana cum melle trita ꝛ ſupemplaſtrata ſanat. Maiorana. ¶ Ameos mixtũ cũ melle ꝛ paſſulis ſanat. Ameos. ¶ Rafanus ſimiliter mixtus ꝛ ſuppoſitus idẽ facit. Rafanus. ¶ Pulegiũ coctum cũ ruta ꝛ ſuperemplaſtratũ ſanat. Pulegium. ¶ Alleum eodem mõ ſupemplaſtratũ ei ſanat. Aleum. Idẽ facit ſi cuꝫ melle miſceꝛ. ¶ Liuorẽ etiã ſi ſit in oculis propter ſanguinẽ curat yſopus in aqua coctus ꝛ ſupemplaſtrat⁹. Iſopus. ¶ Sãguinẽ etiã qui eſt ſub oculis mortuuꝫ tollit auripigmẽtum. Auripigmẽtũ. ¶ Alkitrã autẽ ſolũ linitum tollit illos. Alchitram. ¶ Caſeus recẽs aſſatus ſup poſitus ſanat. Caſe⁹ recẽs. ¶ Iſop⁹ cocta ꝛ ſupemplaſtrata ſanat. Iſopus. ¶ Sal quoqꝫ vſtus ꝛ ſuplinit⁹ cũ melle liuores tollit ꝛ vl̃r remouet nigredinẽ ſanguis in quacũqꝫ pte ſit corporis. Auic. teſtãte. Sal vſtus. ¶ Acetũ quoqꝫ mixtũ cũ melle idẽ opaꝛ tñ ei⁹ ſupflu⁹ vſus viſum debilitat. Acetum.

¶ Capl̃m 5m. De cõfortãdo viſum noctilope.

Intendẽtes de diſpõnib⁹ viſus tractare ꝛ oculi primo q̃dem bonificãtia viſum dicem⁹ poſtea de egritudinib⁹ que ſiũt in oculis ſeq̃ntes. Gal. Gal. ce enim

preceptum ꝙ ſemper inchoãdum eſt ab eo ꝙ me/
Acorus. lius eſt. ¶ Et ſuccus quidem acori ⁊ eſt gladiolus
imiſſus oculis oculum clarificat ſiue viſuꝫ: ⁊ abſter
git omne qđ coram pupillis aggregaꝛ ⁊ tollit ob/
Succꝰ cucu/ ſcuritatem viſus ⁊ viſuꝫ acuit. ¶ Succus cucume
meris maio/ ris maioris coctus cum melle ĩ vaſe eneo ⁊ coliriza
ris. tus in hoc valde confert. ¶ Ad acuendum autem
Succus feni viſuꝫ ſuccus feniculi ſiue herbe ſiue ſeminis ſiue ra
culi. dicis eſt magni iuuamẽti. ¶ Idem opatur ſi quoti
Betonica. die ſumaꝛ betonice .ʒ. alꝛ. ʒ. i. cum aqua tepida ieiu/
Gario. no ſtomacho. ¶ Gariofili ⁊ cinamomũ valde cõfe
Cinamomũ. runt: ⁊ hoc appropꝛietate agũt: ſicut ⁊ marchaſita ab
Marchaſita. ſtergẽdo: ⁊ hec hꝫ ꝓprietate. ¶ Ruta. cõeſta acuit
Ruta. viſum ⁊ magis operatur ſuccus eius mixtus cum
ſucco feniculi colirico inde facto. ¶ Cõfortat ãt vi
Solatrus. ſum coliriũ factum ex ſucco cuiuſlibet ſolatri pre/
Solatrũ mor terq̃ꝫ ſolatri mortalis que communiter vocatur fa/
tale faba in/ ba inuerſa. ¶ Cum autem eſt obfuſcatio viſus pro
uerſa a no/ pter ſanguinem congelatum in oculo ex ſale mele
nullis dicit/ ⁊ oleo fiat emplaſtruꝫ aut ex cinere alei mixto cum
Succꝰ ſalicis melle: melius oĩ alio eſt ſuccus ſalicis vt teſtaꝛ Ga/
⁊ gumi eius. le. imo obfuſcationes q̃ fiunt coram pupilla abſter/
git optime humiditas que egreditur a ſalice cum
incidiꝛ ⁊ ĩ hoc eſt gũmi eius cõferens valde. ¶ Et
Sepũ capra dixit Rab. ꝙ collyriũ factum ex ſepo capraꝝ ſilue/
rũ ſiluestriũ. ſtriũ cõfert patientibꝰ tellã oculoꝝ. ¶ Et idem fa/
Fel caprarũ cit fel capraꝝ domeſticaꝝ. ¶ Deinceps aũt exper/
domeſticarũ. ta noſtra ponãꝛ ⁊ caliginẽ ⁊ debilitatẽ viſus iuuat
Fel thauri ⁊ ſi oculus colirizatur ex felle taurino. Rab. dixit ex
vacce nigre. felle vacce nigre quare hoc puto melius. ¶ Aut ſi
ex puluere facto ex quodã duro ſimili amilo ꝙ in/
ueniꝛ in chriſti fellis ipſum naribus inſuffleꝛ. Naꝫ
idem operaꝛ loco cuius hoc modo in vſuꝫ ponimꝰ
duplum fellis. Iuuamus aũt caliginem que proue/
nit ex ſuperflua hũiditate cuꝫ collirio ex oleo anti/

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-148610-p0048-7
DFG

quo ⁊ melle facto. ¶ Sanauimus ãt debilitatẽ vi-ſus factam ex diſgregatione ſolum ex collirio hu-iuſmodi ℞. humiditatẽ epatis yrci aſſati in furno demũ. ℞. puluerez ſubtiliſſimi: piperis lõgi: ſucci roſmarini exiccati añ. partẽ tertiam: acatie ſief me-mithe añ. partẽ quartaz informeť ſieť diſſoluať ſup cotte aut ligno olibani cũ aqua roſa. ⁊ lacte aut ſuc co extremitatuz vitis clarificate ꝑut meli⁹ poterit fieri ⁊ colirizeť. ¶ Exacuit aũt viſuz hoc ℞. gario filate betonice feniculi herbe adil oium. añ. zuccari quãtum ſufficit ſm quãtitatẽ vini citonioꝝ qꝺ de bet miſceri. ¶ Ad idẽ. ℞. feniculi: rute: domeſtice ⁊ agreſtis: eufragie: berbene: celidonie: capilli ve. en diuie añ. ℳ. i. aque roſate vrine pueri virginis vi-ni albi clari ⁊ aroma. quãtũ ſufficit teranť terẽda ⁊ miſceantur cũ aliis ⁊ ponãtur in elambico ⁊ subli-metur ide aqua qua ſic diſtillata ſeu ſublimata. ℞. aloes ſuccotrini tutie corticum bugir. añ. ℥. ij. ſit aũt repreſſa tutia nouẽ vicibus. fiat puluis qui miſceať cuz predicta aqua: poſtea teneatur ad ſolez per no-uem dies ⁊ per nouem noctes ad ſerenum ⁊ poſtea incoliriis vſui reſeruetur. ¶ Coliriũ ad idẽ. ℞. tu tie preparate ptes. ii. aloes ſuccotrini boni ſarco col le añ. par. cui. poroſe par. quartaz camphore par. vi. aque roſa. quadruplum omnium miſceantur ⁊ agi tentur ⁊ teneantur in ſole ⁊ reſeruentur. ¶ Ad idem multũ vz aqua nr̃a experta que infra dicetur quãdo de reſtauratione lachrimaꝝ dicetur.

Colliriũ bo-num.

A dil. i. eufr gia.

¶ Gloſa.

a ¶ Eufragia herbe cali. ⁊ ſic. ⁊ proprietatez q̄ qñ pul. ei⁹ cũ ru. ouoꝝ recipitur vel vino facit oculuz iuueneſcere ⁊ ꝓdeſt viſui debili ⁊ fidedigni fecerũt in ſeipſis: q² vix videre poterant: poſtea peruene-runt vt minimas litteras legerẽt ⁊ vinuz ipſius ſi-ne dubio nõ hz par in viſum confortando.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-148610-p0049-5 DFG

¶ Capl'm sextuz. De ꝓhibitione fluxus materie/rum ad oculos.

Caro melōis

Ex his eſt caro melonis fronti emplaſtrata materias eē̄ defluētes repcutit. ¶ Si aūt ſumaᷓ ſucci radicū graminis vini ⁊ mellis.añ. par.j. myrrhe par.s.piperis ⁊ olibani.añ.par.iij.⁊ coquaᷓ ⁊ teneatur in vaſe eneo multū ꝯfert. ¶ Cōfert ēt ſi coliriçeᷓ.pōt ēt ipm gramen decoq cū melle ⁊ vtriuſq; ſint partes eq̄les ⁊ miſceaᷓ cū ꝓdictis ⁊ fiat coliriū vel emplaſtreᷓ. ¶ Cōfert ēt hoc ad oēs cās oculi.

Mucilago lī mattarum.

¶ Oēm ēt fluxū humoꝝ ꝓhibēt mucilagines limatiaꝝ mixte cū aloe myrrha vel olibano vel cum oibus vel plurib⁹ ex his vel ēt ſole timporibus applicate. ¶ Panis quoq; cū pauca raufredine maſticatus ſiſtit ⁊ maxime hoc in corporibus mollibus operatur. ¶ His autem ꝓdictis noſtra experimenta admiſcemus cōia ſtiptica: ſicut acatia bolū ⁊ ſil'ia ⁊ nō minus.imo mag; inuenimus iuuatiua. ¶ Ricrādus dixit. ℞.ſucci corriçole ⁊ litij idici.añ. ʒ.vj. myrrhe croci thuris opij.añ.ʒ. iiij. acatie nigre. ʒ. xij.aque pluuialis vel vini qꝺ eſt melius.ʒ.v.terantur terenda ⁊ imiſceātur ⁊ teneatur in vaſe vitreo. hoc eniz ad omne reuma ⁊ oēm oculoꝝ paſſionem ⁊ hebetudinem viſus eſt precioſum.

Additiones.

¶ Aqua ꝓ oculis ſ̄z magiſtꝝ Angelū. ℞.aque celidonie aque roſ.aq̄ feni.aque eufragie: añ.ʒ.iiij.deᷓ pa.rubedinē ſiue grauedinē nō multuz fortē ⁊ hoc cū dolore vel ſine ⁊ q̄bus nō poſſunt lucē videre.

¶ Maſtix ⁊ olibanuz bulliāt in vino al.⁊ aliq̄ztulum ſtip.⁊ in olla bene coopta ⁊ cū argilla vel paſta bene ſigillata ne fumus euaporet facta vehemēti decoctiōe diſcoperiaᷓ olla ⁊ pa.inclinato capite ⁊ vndiq; copto fumū recipiat ipſi ēt vino lauenᷓ oculi ⁊ tota facies irroreᷓ hec eadē valēt ꝯtra dolorē oculoꝝ ex

loꝝ ex fri.cā factū ꝓbaui in.d.Aloyſia cui lachrima/
bant valde oculi ꝛ maximū honorē adeptus fui.
¶Aqua ad ſtringēdū lachrimas ꝛ leuamen ſang.
℞.cāphore:tutie:an.ʒ.ij.aluminis:zucharini:ca/
puroſe:aloes:epatici an.ʒ.j.puluerizēt hec ꝛ ponāt
in duab⁹ ciatis vini boni albi ꝛ clari deinde pone ī
oculis:ſed prius pone ad ſerenū per dies tres.

## ¶Capitulū.7. De dolore oculorum.

Ex hijs que cōferunt i magno ꝛ pulſatiuo do/
lore multū eſt coriandrū imiſſum cū lacte qđ — Coriandrū.
ſʒ Serap.facit pp multā virtutem q̄ ſibi i repercu/
tiēdo adeſt. ¶Multū ēt ad idē vʒ abſinthiuʒ co/ — Abſinthium
ctuʒ cū paſſis ꝛ ſupemplr̄atū ꝛ hoc ſepe ꝓbauim⁹.
Et ēt euaporatio facta cū decoctiōe eius ſoli⁹ cum — Folium.
vino. ¶Emplaſtratio ēt eſt vtilis qn̄ cū ſolo vino
coquit. ¶Lachrimus ēt mandragore mixtus cuʒ — Lachrimus
alijs medicinis ad hoc cōueniētibus ſedat doloreʒ — mandragore
ſuperfluū.Qđ ideʒ operat emplr̄m factum ex folijs
eius teſtante Aui. ¶Pulmo leporis ſuperpoſitus — Pulmo le
ꝛ ligatus mirifice illum tollit.Et dixit Mirand⁹ qꝫ — poris.
ēt timores oculoꝝ tollit minutiʒ inciſus. ¶Caro — Caro pepōis.
vero peponis alligata fronti mitigat miro modo.
¶Folia quoqꝫ betonice trita ꝛ emplr̄ata ſup fron/ — Folia betoni
tē mirabiliter ſanāt:imo ꝛ oibus vicijs oculoꝝ po — ce.
ſita ſunt cōferentia.¶Cū aūt dolor eſt a pcuſſione
vitellū oui cū attramēto ꝛ oleo roſ.eſt optimum.
¶Et hoc qdē noſ experiētes iā pauco tpe magnū
dolorē a pcuſſione ſanauim⁹ ſic miſcētes vitellum.
¶Ad idē valet qđ infra ſcribit cap.de cura albu/ — Teſtes gruis
ginis de teſticulis gruis auctoritate Raſis ꝛ ēt va/
let ad plagā ipſoꝝ. ¶Si aūt pupilla pcuſſa fuerit:
aq̄ ꝛ fruct⁹ ſalicis ſupponant ꝛ ſanant. ¶Experti
quoqꝫ ſum⁹ ſuccuʒ coriādri mixtū cū lacte mulieris — Succus cori
aut ipſius aquā ſimlr̄ preparatā colirizatam oculo/ — andri.
rum dolorem vehemētem pulſatiuū ſedare.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-148610-p0051-2
DFG

## ¶ Capitulum. 8. De obtalmia ⁊ lippitudinibus oculorum.

Acatia.

AD oēs tumores ⁊ vulnera ꝯfert acatia qn̄ cū
aliјs medicinis miſcetˀ oculi ſicut ēt circa oēs

Pulegium.

egritudines tutia ꝯfert. ¶ Pulegiū deſiccatū ⁊ pul
ueriçatū ⁊ oculis coliriçatū ⁊ maxie mōtanū nimi/
um ꝯfert. Et hoc experti ſumus freq̄nter. ¶ Re/

Sticados ar.

ſoluitˀ āt obtalmia ſi ſuper decoctionē ſticados ara/
bi. oculus vaporetˀ ꝙ eſt vtile ⁊ experimēto didici/

Urina pueri virginis.

mus. ¶ Et dixit Raſis ꝙ vrina pueri ꝟginis ſi ca
lida ⁊ cuȝ bōbace ⁊ more emplaſtri ſuperponatˀ ocu
lo quuȝ patitur q̄ſi apoſtema aut rubiginē mitigat.

Folium.

¶ Et ex expertis noſtris eſt vt foliuȝ coq̄tur cum
vino ⁊ cū eo calido apoſtema liniatur. ¶ Molifica
mus autē apoſtemata calida oculi taliter. ℞. ſucci
mellíloti ⁊ rob. an̄. coquātur adinuicē ⁊ oculus fo/
mētetˀ. Qḋ ſi ſedationē maiorē volumus addimus
vitellū oui. Et ſic adhuc magis: addimus ſemē pa/
pa. Qḋ ſi magis ad mollificationē intēdimus: fenu
grecuȝ ⁊ ſemen lini ⁊ puluerē molendini. hoc qui/
deȝ vȝ in apoſtematibus teſticuloꝝ lȝ in illis fortio
ribus egeamus. p̄ſupponimus autē nō tm̄ in cura
apoſtematū: ſed in oi egritudine cōueniēs regimen
per dictā. ⁊ vl̄es purgationes: vel eñones corporis

Cañ. cōis.

per medicinas. hic āt ſit canon cōis in cura cuiuſlȝ
egritudinis taȝ p̄terite q̄ȝ future. Et qꝛ lipitudines
in obtalmia ſequuntˀ: ideo in cap. eodē de ipſis dica
mus. ¶ Plus autē aliјs medicis lipitudinē expel

Sarcocolla ⁊ modus eaȝ nutriendi.

lit ſarcocolla nutrita ⁊ maxime mixta cum amilo ⁊
zucharo albo ſil' ⁊ inde fiat alchool. Nutrimus aūt
ipſaȝ ſic operātes ponētes ipſaȝ in lacte aſine ⁊ qn/
qȝ diebus dimittētes ipſaȝ ibidē q̄cunqȝ die lac per
mutantes: aut etiā in albumine oui ſilr̄ preparantes
terimus autē ipſam ſarcocollam prius.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-148610-p0052-8
DFG

¶ Capl'm.9. De cura vlceris et veſice oculi.

Sanat autē oīa vlcera et veſicas pomphilix ſm Gale.in.9. ¶ Ex pprijs autē eſt quuz eſt vlceratio in cornea vt ſumat gūma ruthe agreſtis ꝯficiatur cū melle et coliriçetur oculus. abſtergit. n. et exiccat et phibet ſupfluitates ad ipſuz. ¶ Idē operatur lac lactuce agreſtis et abſtergit. Et lac domeſtice eſt ei ppinquū. Dictū eſt ſupra quō camomilla ꝯcocta et oculo emplaſtrata ſanat ſcabiem oculi vlceroſaz.

¶ Capl'm.10. De cura albuginis et aliarum macularum oculi et egreſſu et oculi tortura.

Et qr albugo eſt veſtigiū vlceris poſt ꝯſolidationē decet poſt curā vlcerum de ipſius cura dicere. ¶ Qđ ergo abſtergit oēs maculas et cicatrices q̄ fiūt in oculis ēt a pcuſſionibus: et eas q̄ remāſerunt poſt ꝯſolidationē vlcerum corneee: eſt vt admiſceat alkitrā in colirijs ꝯueniētibus. ¶ Ad hoc idē facit ziniar: ſed lacrimas puocat. ¶ Gal. dixit in.7. q flores ieſemini ſubtiliant oēs cicatrices oculorum. ¶ Et Kirādus di. q ſolus ſuccus branze vrſine albuginē tollit. ¶ Hoc idē facit lac endiuie. ¶ Et pprietas acori abſtergit et eā ſubtiliat. ¶ Idē facit ſtercus yrundinū et eſt mirabile. Et ſtercus ſtellionis et lacerti et cocodrilli. ¶ Et Raſ. dicit q lūbrici inuenti in corpore hoīs ſiccati et ꝯtriti: in oculo poſiti. tollunt albuginem. ¶ Et dixit ſi meſtruū mulieris anteq̄z virum cognoſcat miſceatur cum ſperma te viri et imponat: albuginem tollit. ¶ Et dixit q ſtercus primū pueri cum ſtatim eſt natus ſiccū et inſufflatum idem facit. ¶ Et dixit etiā ſtercus pueri ſiccuz cōtritum et cuz ſalgēma mixtū et cum muſco inſufflatū oculos beſtie ſanat de albugine: et idē etiā ſine illis per ſe ſolū operatur. ¶ Ad idem etiā operatur cinis oīs oſtrachi cum carne ſua vſta ablutus et eniz illā delet. Et idez de groſſitudine palpebrarum.

Pomphilix et ē fuligo tectis edificii vbi metalla funduntur.
Gūma ruthe agreſtis.
Lac lactuce. agreſtis.
Camomilla ſca. ocu. vlceroſam ſanat.
Alkitrā.
ziniar.
Flos ieſemi.
Suc. brā. vr.
Lac endiuie
Acorus.
Sterc⁹ yrūdi. et ſtellionis.
Lūbrici inēti in corpe hominis.
Meſtruum mulieris et ſpma viri.
Sterc⁹ pueri nouiter nati.
Cinis oſtrachorum.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-148610-p0053-4

Flos pape. cāpeſtris.
Aqua raſani
Acetoſitas citri ad citrinitatem oculi
Epar caꝑ aſſuꝫ cū pipe.
Conferentia ad oculi ⁊ pupille egreſſū.
Succᵘ folioꝝ oliue ſilueſtrꝭ
Ad oculi torturam.
Ad veſtigia vlcerum.
Succus foli dragontee.

¶ Veſtigia quoqꝫ oculoꝝ itaqꝫ ēt aialiū. Flos papaue. cāpeſtris abſtergit viſtigia q̄ exiſtūt ſub lacrimali. ¶ Raſani aqua imiſſa delet ⁊ viſum ꝯfortat. ¶ Citrinitatē ⁊ hictericā ipſoꝝ tollit acetoſitas citri ſi ex ipſa oculus colirizatᵘ ſit. ¶ Pānū āt tollit ſi piper longū aſſature epatis caꝑ miſceaꝛ ⁊ fiat colliriū imo talis aſſatura comeſta ⁊ iclinatio ſup vaporē eiᵘ ꝯfert. ¶ Egrediꝛ quoqꝫ pupilla: ⁊ ēt oculus ⁊ tūc fiat emplm̄ cū farina fabaꝝ: roſis: ture: ⁊ albumine oui. ¶ Ad idē āt ⁊ ex ꝓprijs ē fomentū factū ex ſucco folioꝝ oliue ꝑcipue ſilueſtris aut cū aq̄ decoctiōis ipſoꝝ. ¶ Et qꝛ ꝯtingit oculos q̄nqꝫ eē tortos maxime ēt i īfantibᵘ addimus ꝙ i caſibus hmōi fiat alchool cū antimonio ⁊ roba. ¶ Ex proprijs ad veſtigia vlceꝝ q̄ poſt ꝯſolidationē remanēt eſt vt ſuccus folioꝝ dragontee depureꝛ ⁊ ex eo oculus colirizeꝛ.

Additio.

¶ Expimētū vrſonis ad extrahēduꝫ ſan. ⁊ mackaꝫ ⁊ pānuꝫ de oculo. Accipe pſicariam diſiūgas membratiꝫ p nodulos ſuos ⁊ per noctem in albo vino dimittas ⁊ vinum de nodulis exprimas in oculo ſuper parte pa. donec ſanetur.

¶ Caplm̄. xi. De pruritu oculi ⁊ lachrimis.

Succus cepe
Fumus ligni pini.
Aloes.
Lapis ematitis

Pruritū igiꝛ ocli q fit a ſtate ſalſo ſedat ſuccᵘ cepe mixtus cū tutia ⁊ ipoſitus in quo mirifice ꝓdeſt acatia mixta cū medicis oculi. ¶ Multū aūt ꝓdeſt corroſionibᵘ lachrimalibus fumᵘ eleuatus a ligno pini. ¶ Pruritū ēt tollit aloes cū vino mixtū ſm quoſdā: exicat .n. oēm humiditateꝫ eiᵘ. ¶ Cōtingit aūt q̄nqꝫ fieri tales aſperitates: ⁊ pruritus cū aꝑate calido: ⁊ tunc qdeꝫ ꝑceptū eſt vt fricet ſup cotte lapis ematitis cū albumine oui ⁊ imponaꝛ. ¶ Si aūt pruritus ⁊ aſperitas ſint ſine apate. fricet cū aq̄ tēpate quātitatis ⁊ ſi infirmᵘ bene tollerat ſemꝑ ponaꝛ ſpiſſius: i ſine aūt ſic ſpiſſuꝫ

ponat vt poſſit ſtillo colligi. ¶ Lachrimarũ autem fluxui eadẽ cõferũt ſm hec puluis corali rubei for titer opat ⁊ ſtringit. ¶ Nos aũt mirabilẽ experientiã in hoc habem⁹ caſu cũ aqua cũ qua paucis imiſſio nib⁹ more colirij ⁊ lachrimas ſtringim⁹ ⁊ rubores abſtulim⁹ ⁊ pruritũ ⁊ fuit mirabilis effectus eius. ¶ Sumat. n. herba quo dr pes colũbin⁹ cõtũdat ipſi⁹ tres mãipuli deſup ꝓyciat pulueris tutie. ℥. ij. ſalis cõis albi triti puluerizati. ℥. i. vini boni clari due fial: ꝯquaſſent ⁊ vſui reſeruet hoc virtute ſua ĩter ſecreta nr̃a ſeruamus. ¶ Cõfert ẽt in hoc caſu vrina pueri ſicut de ea ſcriptũ ẽ ſupra cap. de obtal mia. ¶ Experti aũt ſum⁹ ſubito fore iuuatiua i pruri tu ⁊ lachrimis ⁊ i lippitudine euaporationẽ factã ex ſticados decoctiõe quã i nobis ⁊ alijs experti ſu mus. ¶ Expti quoqȝ ſum⁹ ꝙ ablutio iſuſiõis aloes in vino aut aq̃ roſ. aut ſucco feniculi ꝑparati ab/ ſtergit oculos: viſum addit: ⁊ ſtringit lachrimas.

Ad fluxũ la chrimarũ pul uis corali ru.

Aqua mirabi lis.

Vrina pueri.

Sticados.

Aloes.

¶ Capitulũ. 12. De Deſcenſu aque ad oculũ.

OMnia que dicta ſunt de deſcẽſu reumatis ad oculos ſunt cõia in hoc caſu: iuuatiua tñ vt moris eſt nũc exponem⁹ laudata ab auctorib⁹ dein/ de ꝓpria. ¶ Cũ igit aqua deſcẽdit ad oculos ⁊ ma xime pp groſſos ⁊ viſcoſos hũores ſerapinũ ẽ vna ex melioꝛib⁹ medicinis. ¶ Ad hoc idẽ cõfert coli/ riũ factũ ex ſucco ciclaminis diſſoluto cũ melle ꝙ ẽt viſuz acuit. Idẽ ẽt operat ſternutatoriũ cũ eo fa/ ctũ. ¶ Cõfert aũt coliriũ factũ ex ſucco roſmarini diſſoluto cũ melle. ¶ Idẽ ẽt opat caputpurgiũ fa ctũ ex ſucco hireos vl' ei⁹ oleo cũ nigella: ſȝ hoc ma xime ꝯfert in prin. egritudis. ¶ Valz ẽt ſucc⁹ cepe qḋ cõedit cũ melle mixt⁹ ⁊ colirizat⁹. ¶ Si quoqȝ fiat alchool ex cerebro yrũdis ⁊ melle ⁊ hoc i prin. egritudis multũ ꝯfert ⁊ hoc expt⁹ ſuz. ¶ Idẽ opat cerebrũ veſptiliõis ⁊ ſilr ꝑpatũ. ¶ In hoc ẽt caſu

Serapinum.

Succ⁹ cicla minis.

Succus roſ marini.

Succ⁹ hireos

Succ⁹ cepe

Cere. yrũdis

Cerebrũ veſp tilionis.

Fel ſcorpiõis marini ꝛ teſtu dinis. fel ſcorpionis marini aut teſtudinis marine eſt ma gne ṽtutis colirizatꝰ. ¶ Ex noſtris aũt expimẽtis

Caputpurgiũ nſm expium. eſt caputpurgiũ factuȝ ex felle thauri ꝛ ſucco ficle aut ſolus puluis cuiuſdã duri inuenti in kiſti fellis

De duro in kiſti fell' thau ri inuento. thauri naribus inſufflatus. ¶ Hoc quoqȝ caput/ purgiũ facimus. ℞. ſucci blitis: ſucci radicũ acori: ſucci ruthe omnium depuratoruȝ añ. ꝛ ex eis fiat

Sacculus. caputpurgiũ. ¶ Sacellationibus quoqȝ talibus vſi ſumus ad oculũ. ℞. ſpice: aloes: macis: croci: ci peri: piperis: nucis muſcate: añ. fiat puluis groſſus

Colliriũ nſȝ. ꝛ ſacculus impleaṫ quo oculus ſacelleṫ. ¶ Coliriũ noſtrũ. ℞. ſucci feniculi: ſucci radicũ acori: ſucci ra dicũ roſmarini oium depuratoꝝ añ. aggregenṫ cuȝ tãto melle diſpumato q̃ȝtũ ipſa ſunt ꝛ fiat coliriũȝ. ¶ Qꝺ ſi caliditas aliq̈ apparet i oculo addebamus

Secretum. Gal. albumen oui cũ ſucco pomi ꝛ aq̈ roſa. ¶ Secreto vtiqȝ Gale. vtebamur hmõi. ℞. epithimi auṙ. x. ſe/ minis praſſij: ſticados: myrrhe: ellebori nigri: came dreos: macropiperis: oium añ. ʒ. iij. ſquille aſſate: eu forbij: aloes: croci: gẽtiane. petroſilij: armoniaci: op poponacis oiuȝ añ. auṙ. j. polij: cimini: al' cinamomi: myrrhe: ſpice: folioꝝ ſquinãti: calamẽti fluuialis: ari ſtolo. lon. oiuȝ añ. auṙ. ij. teraṫ terẽda ꝛ cribelleṫ ꝛ gu me in vino boni odoris diſſoluanṫ ꝛ conficianṫ cuȝ melle diſpumato ꝙ ſufficit ꝛ recondaṫ i vaſe vitreo ꝛ ſumaṫ antiq̃ti. doſis huius medicine eſt auṙ. iiij. ꝛ plus ꝛ minus ſm quantitatem virtutis.

¶ Additio.

¶ Aqua ad catarractas. ℞. aque pro oculis deſcri pte ſupra ca. 6. ℥. ij. in ea decoquanṫ gaṙ. ſarcocolle. ruthe añ. ʒ. j. pipis. ℈. j. fellis bouis. ʒ. j. ſ. ſerapini. ℈. ſ. ꝛ bulliant ſil' ꝛ coleṫ mãe ꝛ ſero oculis iponaṫ.

¶ Capl'm. 3. De fiſtula lachrimali.

ET dixerunt quidã veteres ꝙ ſolatruȝ illas fi/ ſtulas ſanat ꝛ nõ dubitamus qn velit ꝙ poſt

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-148610-p0056-1

expreſſionẽ ipſaꝝ ſucc⁹ ſolatri clarificatus imittat. ¶ Ad qd̕ ꝯfert lac lactuce ſilueſtris imiſſe. ¶ Nos ꝑcipim⁹ maſticare folia maluauiſci cũ ſale ꝛ ſupponi ꝛ multũ cõtulerũt. ¶ Expert⁹ quoqꝫ fui i cõitegoritie q patiebat̃ hãc egritudinẽ ꝛ cũ hac cura ꝑſeruatus eſt longo tpe. ꝛ ꝑſeruat̃ glꝫ vtens ac ſi ſanus ſic cõputat̃ ꝙ ſanus ſit. ꝓmat̃ ſanies cũ digito quouſqꝫ tota ſanies videat̃ egreſſa deinde in lachꝛimali tres vl̕ quattuoꝛ gutte ĩfraſcripti medicamis imponant̃: ſpaciũ vero paruũ iter guttã ꝛ guttam ponẽtes ꝛ ĩfirmus poſt imiſſionẽ iaceat ꝑ duas vel tres horas ꝛ ꝯtinuet̃ hoc ꝑ vnã ebdomadã: exiccabit̃.n. fiſtula vt ſana videat̃. ꝛ multis mẽſib⁹ ſic manebit. ¶ Modꝰ ãt medicine. ℞. aloes: thuris ſarcocolle: ſan. draconis: balauſtie: antimonij: aluminis zucharini oiuꝫ añ. ptes eq̃les ziniar q̃ꝫtũ ẽ q̃rta ps vni⁹ fiat ex eis tritis ꝛ cribellatis fiet quũ neceſſe fuerit diſſoluat̃ ex eis i aq̃ ꝛ vſui aptet̃ vt dictũ ẽ. ¶ Infra ẽt aliq̃ vtilia iuenient̃ vbi ſmo fiet ď fiſtul̕.

Solatrum.
Lac lactuce ſilueſtris.
Folia maluauiſci cũ ſale.

## ¶ Tractatus quartus pꝛimi ſermonis eſt. De diſpoſitionibus narium ꝛ continet capitula.iiij.

### ¶ Capl'm pꝛimũ. De fetoꝛe ꝛ vlceribus nariũ.

CReauit igit̃ de⁹ olfatiue virtuti vel potẽtie ſicut ceteris potẽtijs ſenſitiuis oꝛganũ pꝛopꝛiũ. ſ. capita mamillaria cerebꝛi q̃ ſupꝛa foramina nariũ ſunt debite collocata vt olfabilis q̃litas ſimul attracta cuꝫ aere iſpirato ad ea veniẽs pcipiat̃ ꝑ illa. ¶ Et ſcitũ quidem eſt ꝙ coliriũ factũ ex ſucco radicũ hireos fetorẽ nariũ tollit. ¶ Confert aũt vt patiẽs os plenuꝫ aq̃ teneat ne aliqd medicamis ad ipꝫ trãſeat ꝛ tunc naribus iſufflet̃ ziniar cũ ſale armoniaco alumine ꝛ aceto ꝯpẽt idẽ ſanat vlcera mali moꝛis i ipſis. ¶ Cõfert aũt fetoꝛi nariuꝫ ꝛ oĩ putredini que in illis exi-

Succ⁹ radicis hireos.
Cañ. cõisit ẽ ab Aui. gnta tertij. cap. 3.

Aloes. ſtit cipex inſufflatū. ℂ Aloes quoqꝫ puluerizatū ⁊ naribus inſufflatū vlcera nariū ſanat ⁊ ꝯfert etiam

Succus vue ſerpentarie ⁊ ſemen. cōcuſſioni nariū. ℂ Cācroſa aūt vulnera ⁊ corroſiua nariū ꝓhibet ſucc⁹ vue ſerpētarie imiſſus naribus cū lana vel ſpōgia. Idem aūt opaꝛ ⁊ eius ſemē.

Uria aſinoꝝ. ℂ Gale. dixit ꝙ vrina aſinoꝝ eſt ex melioribus la/uatiuis ⁊ infuſionibus ad fetorē nariū. ℂ Nos aūt

Succ⁹ folioꝝ edeꝛ arboree. expti ſum⁹ ꝙ ſi tollaꝛ ſucc⁹ folioꝝ ⁊ extremitatū edere arboree faciētis nigrū al' magnū ſemē ⁊ trahaꝛ in nares cōfert in vlcerib⁹ veteratis in eo ⁊ ſil'r in au/riū vlcerib⁹. ℂ Multa aūt ad iſtud capl'm poterūt trahi de his que dicenꝛ in cap. de vlcerib⁹ vel tractatu. ℂ Ex ſucco quoqꝫ cucumeris aſinini cū pauco lacte ꝓprie caputpurgiū facimus nā plurimas ſupfluitates educit ex cerebro ⁊ fetori ēt confert.

ℂ Capitulū. 2. De obſtructionibus narium ⁊ polipo ⁊ recuperatione.

OBſtruunꝛ ſepe nares aliqbus aut cū excreſcē/tia carnis cuiuſdā ſupaddite ꝑternaturā aut ſi

Succus dragontee. ne. breuiter dōm eſt de vtriſqꝫ. ℂ Et creditū ꝙ ſuccus dragontee imiſſus naribus maxime cōfert ob/ſtructioni ⁊ polipo. ℂ Quod aūt eſt fortiter aperit nares opilatas ex viſcoſis ⁊ groſſis humoribus eſt

Ozimū gariofilatum. ozimū gariofilatū qd̄ operaꝛ ſolo olfatu ⁊ ēt in ci/

Lac paucedani. bis frequēter datum. ℂ Idem operaꝛ lac paucedani ⁊ eſt feniculus agreſtis attractus per nares. Idez facit decoctio radicum eius attracta per nares vel

Semē vrtice. ſuffumigatio eius recepta. ℂ Semen vrtice eſt ex

Abrotanum. fortiter aperiētibus precoquimus aūt ipſum in aq̄ ⁊ decoctionē calidam attrahi iubemus per nares.

Cudex. ℂ Idē facit ⁊ ſil'r ꝑparatū abrotanū. ℂ Cudex aꝛ

Fel. caudes āt ⁊ eſt radix ellebori vel ꝯdiſi appropieta/te illas tollit ſeu apit: ⁊ vētoſitates nariuz reſoluit.

Nux cipreſſi. ℂ Oē āt fel iſufflatū narib⁹ apit illas. ℂ Si āt nux cipſſi fortiter teraꝛ cū ficub⁹ ⁊ cū licinio narib⁹ imi

ratur ſanat carnē ſupadditā q̄ eſt polip⁹: Aui. teſtā/te. ¶ Et nos ēt expti ſum⁹ piretrū: vehemēter co/latoriū ꝛ nares apit ſicut ꝛ ſucc⁹ ciclamis imiſſus. ¶ Siľr aūt nigella ꝛ ſinapis vehemēter aperiunt. ¶ Scriptū ē de lactuca ꝙ ipa ē medicamē oppiľo nis facte i narib⁹. ¶ Euaporatio fcā cū aceto caľo fortiter apit. ¶ Siľr opaꝛ euaporatio decoctionis ſticados. ¶ Expti ſum⁹ ꝙ multū ꝯfert polipo pul/uis ſemis dragōtee narib⁹ iſufflat⁹. ¶ Et qm̄ olfat⁹ diminutio maxie accidit ab obſtructione colatorij ꝑpea q̄cūqꝫ dicta ſūt ad colatoriū apire ēt olfatui ꝓ ſunt. ¶ Sed ex ſimplicib⁹ multū eſt laudata rutha ꝛ olfata ꝛ caputpurgio attracta. ¶ Et ſiľr ſerapi/num ꝛ nigella ꝛ maxime quum eſt in aceto infuſa ꝛ trita ꝛ inſufflata naribus ꝛ ꝓprie cum oľo antiquo mixta ꝛ impoſita eſt. n. mirabilis veruntn̄ cum im/mittiꝛ patiēs teneat os ſuū plenū aqua ꝛ illā ſugat ꝛ ſuperius q̄ꝫplus pōt. ¶ Mordicationes vero q̄ ab hmōi caputpurgijs fiūt tollit attractio olei roſ. per nares ꝛ etiā decoctio ſulfuris ſiľr attracta.

Piretrum. Succus ciclaminis. Nigella. Sinapis. Lactuca. Euaporatio aceti ꝛ ſticados. Semen dragontee. Rutha. Serap. Nigella. Cañ. ꝓnotat⁹

¶ Capľm. 3. De fluxu ſan. narium.

in aqua feniculi ſublimati vſqȝ ad ſpiſſitudinē ꝛ de tur: educit aūt tales materias groſſas ꝛ putridas q̄ in pectore ꝯtinētur. ꝛ tuſſim ſedat. ¶ Noſtrū bonū ꝛ exptuȝ electuariū qđ eſt. ℞. ſeminis lini aſſi: paſſulaꝝ enucleataꝝ añ. ℥. iiij. amigdalaꝝ dul. ꝛ amararum granoꝝ pini añ. ʒ. ij. auelanaꝝ aſſataꝝ: hireos: glutinis: albotim añ. auř. ij. thuris: maſticis: myrrhe: croci añ. auř. j. teranť ꝛ fiāt trociſci cū lacte aſine poſtea exiccenť poſtea teranť ꝛ cū melle fiat electuariū. doſis ʒ. j. in mane cuȝ modico vini ſubtilis ꝛ in ſero cū infirm⁹ vadit dormitū aliq̄d ſub lingua teneať. ¶ In p̄ſenti vtimur aūt ſirupo hmōi aperiente materias al's vias. ℞. ficuū pinguiū. xx. numero iuiubaꝝ. lx. numero capilliuene. nec ex proximo collecti nec exiccati. ꝫ M. ij. paſſulaꝝ enucleataꝝ ꝫ M. j. coquāť oīa in lib. iiij. aque vſqȝ ad medietatē ꝛ cū zucha. ꝛ penidijs añ. ℥. vj. fiat ſirupus. doſis eius ſit. ℥. ij. cū aqua decoctiōis ſpargi. ¶ Si aūt cū tuſſi fluxus adſit vtebamur puluere hmōi. ℞. gumi arabici ſpodij boliar. mirtili oīum añ. fiat puluis detur aūt ꝭȝ diuerſitatē exigētie diuerſimode vſqȝ ad. ʒ. iiij. de eo oī die. ¶ Cōfert aūt ꝛ eſt ſecretū vſitatū a nobis ſcriptū infra capl'o de opillatione ſplenis.

Electuarium noſtrum.

Sirupus.

Ad tuſſim ꝛ fluxum.

## ¶ Capitulum. 4. De aſmate ꝛ diſnia.

Aſmatis aūt ꝛ diſnie q̄ eſt difficultas anhelitus ꝯſeq̄nter curā dicimus ſciētes ꝙ fere oīa q̄ dicta ſunt ſupra cap. de catarro. ꝛ tuſſi ꝯferūt etiā in hoc caſu. ¶ Scriptū eſt de radice cētauree maioris ꝙ ſi ex ipſa bibanť. ʒ. ij. a nō febriente cuȝ vino: ꝛ a febricitate cū aqua eſt ſingulare p̄ſidiū. ¶ Omnino ꝓdeſt aſmati ꝛ vicijs toracis os ſepie ſi trituȝ aq̄ bibať. ¶ Eſt etiā hoc iuſculum ſingulare p̄ſidium aſmati. Sumať capo vnus ꝛ euiſceretur ꝛ auferanť intranea deinde ponātur in cotilis. xx. aque. Et eſt

Cētaurea ma.

Os ſepie.

Quid cotila. cotila pōdus.14.vnciaꝝ ⁊ coq̄tur donec redeat ad cotilas.vj.⁊ bibat:⁊ pñt addi cuȝ iuſculo medi.ad hoc ꝯueniētes. ¶ Cōfert eidē ortomie electuariuȝ

Bace lauri. factū ex bacis lauri ⁊ melle. ¶ Difficile aūt aſma iu

Semen abrotani. uat ſemē abrotani coctū in aq̄ vel infuſuȝ ⁊ bibitū. ¶ Cōfert aūt loc factū ex auripigmēto cuȝ melle.

Bolusarme. ⁊ non. ¶ Ad difficile aūt aſma deť ex boloarme.nō febriē/ti cū vino ſube ſubtilis moderate limphato.Febriēti vero cuȝ vino valde limphato ⁊ q hac medicina nō ſanať nulla alia ſanabit in qua oēs nobiles medicine ꝯcordāt. ¶ Et nos qdē pluries experiētes taȝ in viris q̄ȝ in mulieribus ſenibus ⁊ quā iuuenibus mirabilē inuenimus effectū ⁊ nō falacē q̄re cōfidas in ipſo:neqȝ hoc a cōplōne cōmuni hȝ cū bolusar/menus ſit frig.⁊ ſic.⁊ potius ꝯſtrictiuꝰ q̄ȝ dilatatiuꝰ ſed hoc hȝ appropriętate mirabili ⁊ diuina q̄ exiſtit in eo. ¶ Aſmati aūt ⁊ oregmoni ⁊ tuſſi antiq̄ valde

Squilla. ꝯfert ſqlla ⁊ ꝓprie eiꝰ acetū. ¶ Ariſtologia ſm oēm

Ariſtologia. modū adminiſtratiōis eius ꝯfert ita q̄ ſuffumigiuȝ eiꝰattractū p embotū. ¶ Cōfert āt vehemēti aſma/

Cologntida. ti ⁊ dilatat anhelitum euaporatio facta cū cologntida. ¶ Aſſumptio calamēti mōtani ⁊ maxie cū ficu

Calamentuȝ montis. bus ꝯfert ⁊ eſt forte in extractiōe humoꝝ viſcoſoꝝ. ¶ Nunc vero experta nr̄a dicētur. ¶ Et ex his q̄ cōferunt aſmati ⁊ tuſſi eſt hoc.Sumať ex ꝯdiſi ⁊ eſt radix ellebori albi ⁊ ſemine apij ⁊ ꝯficiātur cuȝ melle. ¶ Ad idē autē eſt vt ſumať magna q̄ȝtitas lacce ⁊ cuȝ ficubꝰ⁊ ſemine apij ⁊ paſſulis enucleatis ⁊ ca

Loch bonū. pilliuene.⁊ ſemine malue fiat loch cū melle ⁊ ꝓpinetur.Ex ſi ex pulmone vulpis aliqd addať erit melius. ¶ Purgationē quoqȝ corporis ꝑmittamus ſem

Purgatiuū. per cū pillulis hmōi.℞.agarici.ʒ.vj.hireos praſſij añ.ʒ.ij.turbit hierepigre añ.ʒ.viij.cologntide ſarcocoll: añ.ʒ.iiij.ꝯficiant pillule cū rob.doſis ſm q̄ȝti/tatem virtutis a.ʒ.j.vſqȝ ad.ij.Aut etiā cuȝ pillulis

cu vino subtilis
semo limphato
vt in sirupo
violato

[illegible]

de ſarcocolla purgabamus q̃ infra ſcribentur capl'o de dolore iuncturaꝝ in vl'i. ¶ Unguẽto vtebamur hmõi. ℞.pinguedinis galline butiri vacini: pinguedinis anatis: olei de lilio: olei de amigdalis dulcib⁹ oiuz añ.cũ cera q ſufficit fiat vnguẽtũ. ¶ Sirupus nr̃ in aſmate catarrali. ℞.capilliuene.iuiubaꝝ paſſulaꝝ: radicũ ſpargi: ⁊ feniculi añ.ℳ.5.dactiloꝝ pinguiũ ficuũ añ.numero.v.ſeis malue: radicũ lilij ſeis apij añ.ʒ.ij.coquãt in aque fontiũ lib.ij.vſq; ad ꝯſumptionẽ medietatis poſtea colet ⁊ colature addat mellis ⁊ zuchari añ.℥.iiij.fiat ſir⁹.doſis mane.℥.ij.cũ decoctione malue cãpeſtris ⁊ ènule. ¶ Caput purgiũ nr̃z ad idẽ. ℞.radicũ lilij blitis añ.coque i aq̃ q̃ ſufficit vſq; ad medietatez ⁊ attrahat p nares. ¶ Sacellatio ſup caput ad idẽ. ℞.camomil.thurꝫ meliloti: ſpice ro.añ.ex his ꝯtritꝫ fiãt ſacelli. ¶ Loc ad idẽ ℞.dactiloꝝ piguiũ paſſulaꝝ enucleataꝝ añ. ℳ.j.fenugreci: ſeis aniſi añ.℥ 5.coquãt i duab⁹ lib. aq̃ vſq; ad ꝯſumptionẽ medietatꝫ ⁊ cũ mellis diſpumati ⁊ zucha.añ.℥.iiij.coquãt donec ad ſpiſſitudinẽ mell' reducãt. ¶ Dam⁹ aũt i aſmate ex tyriacha ſcripta.ſ.cap.de ſoda cũ bono vino. ¶ Secretũ Gal. quo vtimur. ℞.yſopi: ſicce: ozimi: capilliue.praſſij. liqui.decorticate oiuz añ.ʒ. vj.coquãt i aq̃ q̃ ſufficit vſq; ad medietatẽ: deide colet ⁊ inſundat ſuper ipa coclear vnuz mellis ⁊ ſumatur in potu oi mane.

Unguentum. Sir.ad aſma catarrale. Caputpurgiũ Sacculus capitis. Loch. Tyriacha.

## ¶ Capitulũ.5.De pleureſi ⁊ peripleumonia.

QUod autem in peripleumonia maximum efficit effectum eſt yſopus ſicca cocta cum caricis melle ⁊ myrrha ⁊ bibita. ¶ Cõcordati ſunt omnes veteres in vtraq; paſſione q̄ butiꝝ mixtũ cum melle confert iuuamento magno ⁊ ſi ſumptum eſt magis maturatiuũ maneꝝ que ꝯtinentur in pectore ⁊ pulmone q̃z excreatiuũ. Si vero butiro ⁊ melli ad-

Butirum.



Contra pleureſim exroquat mel cu lacte ... et ... i illo ... . hoc ... laver ſanguinis

dant amigdale amare ē forte i excreādis manebus eiſdē debilꝰ tū in maturādo. ¶ Qđ āt pectꝰ ꝛ pulmonē mūdificat a māebꝰ groſſis viſcoſis ꝛ ſanioſis ꝯtētis i eis ſūt grana pinee maio.ipſa.n.i hoc valde ꝯferūt. Et vl'r oia grana pini. Et ſil'r cortex ꝛ lignū eius. ¶ Scriptū aūt ē ꝙ ſi bibat alkitrā vſqꝫ ad.ʒ.j.ſ.ſanat ea ꝛ ꝯfert tuſſi antiq̄. ¶ Folia aūt ꝛ ſemen trifolij cū aq̄ bibita vt ſupradictū eſt cap. de aſmate ēt multū ꝯferūt q̄ſi oia q̄ dcā ſunt ſupra cap. đ tuſſi ꝛ aſmate ꝯferunt i hoc caſu:qꝛ tā pauca ſcripta ſunt in loco iſto ſiue capl'o quibus ſum cōtentus.

Grana pini maio. Alkitram. Trifolium.

¶ Cap.6. De ſputo ſan. ꝛ ꝯgelatōe eius in pectore.

Oportet ſanguinē emanātez ex ꝑtibꝰ pectoris ꝛ pulmonis cū ſputo:reſtrigere nā ꝓducet ad vlceratōez ꝛ ptiſiꝫ q̄nqꝫ ꝛ ſanguinē dētiū i pectore: oꝫ ꝓuocare ꝑ ſputū ꝛ đ hijs nūc diceñ.ē. ¶ Et dixerūt veteres ꝙ succꝰ portulace mirifice ſtrigit imo portulaca ſ̄ꝫ oēm modū adminiſtratiōis eius i hoc hꝫ ꝓprietatē. ¶ Fructꝰ aūt ſiue flos rubi puluerizatus ad hoc ē vltimū remediū. ¶ Radix aūt centauree maio. eſt ſingulare p̄ſidiū qñ đ ea bibūt.ʒ.ij.cū vino a nō febriēte ꝛ a febriēte cū aqua. ¶ Coclearia duo cornu cerui cōbuſti maximū ſunt p̄ſidiū. ¶ Ad idē aūt corallꝰ mirifice ſubuenit. Preparet āt hoc mō ℞. coralli rubei aduſti ꝛ abluti.ʒ.j. gumi ara.triti. dauic.j.ꝛ miſceat cū albumie oui ꝛ bibat cū aq̄ frigida. Cōfert āt amilū i hoc caſu bibitū. ¶ Semē plātagis cū vio bibitū mirifice ꝓdeſt:ꝛ ſil'r plātago ipſa cū vio vl' aceto decocta vl' ꝓpinata. ¶ In hoc caſu gūi ligni amigdalaꝝ ſaluberrimū credit. ¶ Thꝰ ēt bibitū ē ſingulare p̄ſidiū. ¶ Si āt betonica cū melle miſceat more electuarij ꝛ ſumat maxime ꝯuenit. ¶ Semina quoqꝫ porri tertia cū myrrha proſunt mirifice: ¶ Idē ꝛ.ʒ.ij.eiuſdē ſeminis cū granis mirti ꝛ nos dedimꝰ ex eis ꝑtes eq̄les cū aq̄ arnogloſe vl'

Portulaca. Rubus. Cētau.maio. Cornu cerui. Corallꝰ ꝛ modus ꝓparādi. Amilum. Semen plā. Gumi amigdalarum. Thus. Betonica. Semia porri.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-148610-p0086-8

portulace. ¶ Gumi pſici i hoc caſu mirromõ cõue/nit. ¶ Ferula in hoc caſu maximũ pſtat auxilium. ¶ Stercus iſup apri ſiccũ ꝛ tritũ eſt ſingulare pſi/diũ cũ aq̃ vel vino bibitũ ſicut ꝛ litiũ cũ aq̃ ſumptũ eſt ẽt ſingulare pſidiũ. Dedimꝰ ipz qñ cũ tuſſi erat ſputũ ſan. ¶ Cortex ãt glandis medius vel cortex arboris medius q.ſ.eſt īter lignũ ꝛ corticẽ exteriorẽ maximũ pſtat auxiliũ ꝛ mirifice ſtringit. ¶ Cõfert ſũt ꝛ virga paſtoris bibita ꝛ maxime ſuccus eius. ¶ Cõfricatio lapidis ematitis ſup cotte bibita cõ/fert iuuamẽto magno.ꝛ ſi ſit ſputũ antiquũ. ¶ Ad idẽ cũ exaſpatione vene coquat̃ lib.j.ſanguinis edi cũ tantũdez aceti fortis ꝛ bulliant tribus bullitio/nibus aut plus pax:deide fiant tres ptes ꝛ i tribus diebꝰ q̃lz die i ieiunio ſumat̃ pars vna. ¶ Scriptũ eſt ãt ꝛ de butiro ꝙ ipz mixtũ cũ melle ꝯfert. ¶ Ka/rabe ãt ꝯfert valde. ¶ Sanguinẽ ãt coagulatuz in pectore oẽ coaguluz ſumptũ diſcoagulat ſ; pcipue leporũ. ¶ Ad idẽ ãt põt butix cũ bibit̃:nã lique/facit ꝛ extrahit ẽt ſanguinẽ. ¶ Expientia ãt didi/cimus ſolũ melicratũ potui ſumptũ coagulatũ ſan/guinẽ i pectore educere p ſputũ. Sz de talibꝰ adhuc multa dicẽtur vbi de ſoluta continuitate tractabit̃. ¶ Nũc vero ponemꝰ experiẽtias noſtras ſputi ſan guinis reſtrictiuas. Et trociſci de karabe i hoc cãu ſunt vltimi ꝛ ſunt hmõi. ℞.karabe aur̃.vj cornu cerui aduſti:coralli aduſti:draganti:acatie:hipoqui ſtidos:balauſtie maſticis:lacce:papaueris nigri añ: añ.aur̃.ij.thuris:croci:ciperi añ.aur̃.j.ſ.fiant troci ſci cũ mucilagine pſilij ꝛ ſit quilibz.ʒ.j.nõ ſoluz hũc ſanguinem ſtringũt:ſed etiaz a quacunqz parte cor/poris fluat. ¶ Sumat̃ etiaz floris ſquinanti aur̃.j. cuz kiſt.ordei ꝛ eſt lib.j.ſ.offerat̃. ¶ Item ſumatur pulueris ſandarace.ʒ.ſ.ꝛ cum aqua arnegloſe propi netur in potu. ¶ Similr̃ autẽ damus i potu nucẽ

Gumi pſici. Ferula. Stercꝰ apri. Litium. Cortex glan/dis. Virga paſto/ris. Lap ematitis. Butix ꝛ in/fra. karabe. Sã.diſcoagu lanua. Coagulus. Mellicratũ. Tro.de kara be dſcriptio. Flos ſqnãti. Sandaraca. Nux cipreſſi.

cipreſſi recentē quātum eſt poſſibile aut ex ſumita/
Suffumigiū ex ſandaraca. tibus eius cū vino. ¶ Suffumigiū quoq₃ ex ſanda
raca factum nō ſolum ſanguinē fluentem p ſputuz
Coriandrum torefactum. ſed vndecūq₃ fluat ſiſtit. ¶ Sumāt quoq₃ coriādri
torefacti ꝛ contriti optime a.ʒ.ij.vſq₃ ad.iij.ꝛ cū aq̄
plantagis vel ſucco eius detur in potu ſiſtit enim
Secretum. Gale. ſanguinē vndecūq₃ fluat ab intra. ¶ Hoc ēt ſecre/
to Gal.vſi ſum⁹i ſputo ſanguinis ꝛ ſaniei. ℞.ſucci
praſſij.℥.vi.vini.al.boni.℥.j.coquant in olla donec
due partes ſiue due tertie cōſumātur poſtea addat
mellis.℥.j.bulliant lento igne vſq₃ ad ſpiſſitudinez
mellis poſtea ſuperadde puluerē harum ſpecierum
℞.myrrhe:piperis electi:thuris:oium aā.ʒ.j.mi/
ſceantur ꝛ ponantur in vaſe vitreo doſis coclear.j.
Trociſci ad ſputū ſang.ꝛ fluxum ven. da ad bibēduz i ieiunio lābēdo. ¶ Ad ſputū āt ſan
guinis ꝛ fluxuz vētris ſimul hoc ſecreto vtebamur
℞.karabe marini aduſti abluti coralli aduſti:acatie
ablute:gumi arabi.ſpodij:roſ.rub.oiuz aā.ʒ.x.apii.
ʒ.j.maſticis.ʒ.ſ. terant ꝛ cribellent ꝛ cuz mucilagi/
ne granoꝝ citonioꝛuz fiant trociſci.doſis.ʒ.j.cuius
doſis ſit trociſcus vnus cū aqua fri.apud ſomnum
ꝛ ſi aliquib⁹diebus manſerint ſic facti erunt melio/
res in ope. ¶ Ad idē eſt emplaſtrū ex ſecretis Gal.
qd̕ infra ponit caplo de fluxu ventris

¶ Additiones.

¶ Deū teſtoꝛ ꝙ multos curaui hoc mō.℞.dragā
ti gūi.ara.ſan.dꝛa.boliar.amili. ſpodij aā.℈.iij.ema
titis ſucci plan.papa.mumie:acatie:hipoquiſtidos
aā.ʒ.iij.ſirupi roſ.ꝙ ſufficit ꝛ fiat electuarium.
¶ Ad ſang.collectum in pec.ex vulnere vel ruptu
ra vene.℞.camedreos optime piſtetur ꝛ infundat
in aqua ſcabroſe ꝛ optimo vino poſtea extrahat ſuc
cus ꝛ detur calidus ad bibēdum mirabiliter curat
ꝛ eſt ſecretum magiſtri Heſtoris de manfredis.

¶ Caplm.7.De ptiſi.

Ptiſis ꝓprie q̄ ē corpis ꝯſumptio cadēs ex vlcere pulmonis ſm ꝙ voluerunt veteres nō ſanat viuūt per mēſes ⁊ annos ſm ꝙ debitū eſt regimē in dieta. ¶ Attn̄ ad eos qualr̄cunqȝ ſubleuan̄. qdā ſcripſerunt ꝑcipua ꝑter cōia tradita in curis ipſoꝛuȝ ⁊ cōuenerūt i hoc ꝙ betonica mixta cū melle more electuarij ſumpta ſubueniat maxie. ¶ Idem aūt opat electuariū factū ex bacis lauri cum melle. ¶ Eiſdē aūt ⁊ oib⁹ hn̄tib⁹ ſaniē in pectore: auripigmētuȝ datū cū aqua mellis aſſerūt cōferre mirifice. ¶ kirand⁹ dixit ꝙ cor ⁊ pl'mo anſeris ſilueſtris ptiſicos ſanat. ¶ Et dixit ꝙ eſus ſpiniti .i. papagalli ptiſicos ſanat. ¶ Et dixit Raſ. ꝙ ſepū capraꝝ mōtanaꝝ cū pulueris⁹ datū cōfert pulmoni vlcerato. ¶ Cōcordati aūt ſunt oēs i boloar. ꝙ ipȝ ſumptū i potu eſt exiccans vlcera pulmonis ipſoꝝ ita ꝙ nō tuſſiūt: dūmō nō errēt i dieta aut aer ad corruptionē ꝑmutet iuuant iuuamēto magno. ¶ Et nos expti ſumus i vlcerib⁹ q̄ fiunt in pectore ⁊ pulmone hmōi loch. ℞. grana pinee maioris recentia tere ⁊ cū rob ⁊ melle diſpumato quoqȝ quouſqȝ ad mellis ſubſtantiā reducant ⁊ ꝓpinet ex eo diſſoluto cū aq̈ calida vſqȝ ad. ʒ. iij. aut lambat ad modum loch.

Betonica.
Auripigmentuȝ ad ſanieȝ pecto.
Cor ⁊ pul. anſeris ſil.
Caro papagalli.
Sepū capraꝝ montanarū.
Bolus ar.
Loch noſtrū

¶ Cap. 8. De diſpōnibus cordis.

Cor nō patit egritudies magnas tpe lōgo ⁊ ꝑcipue ꝯtinuitatis diſſolutiōeȝ: ſȝ nūc dicem⁹ d̄ his q̄ ſibi ſunt ꝓpria ſicut eſt tremor: triſtitia: ſincopis. ¶ Et oēs qdē aſſerūt ꝙ in oi diſpōne cordis conferat aurum. ¶ Ad cardiacā autē ⁊ eſt tremor eius dicunt margaritas appropriͤtate cōferre ſicut etiam muſcum dicunt ad idem cōferre ⁊ cor etiam cōfortare ⁊ ſanare. ¶ Cuȝ vero frigus eſt in cā tremoris calamentum hirci multū cōfert ⁊ eſt calamētuȝ mōtanū. ¶ Et Raſ. dixit ꝙ cor ſymie aſſuȝ deſiccatū potatū ad pōdus. ʒ. j. cū mellicrato antiquo

Aurum.
Margarite
Muſcus.
Calamentuȝ. hirci.
Cor ſymie ad epi.

corroborat cor ꝛ auget acuitatē ꝛ audatiã ꝛ remo/
uet puſilanimitatē ꝛ pulſuz cordis: ꝛ acuit itellectū
ꝛ ꝯfert ꝯtra morbū caducū. ¶ Tremorē āt cal'm re
mouet acetoſitas citri: ꝛ ēt coriādri. ¶ Et nos qdē
ſum⁹ expti ſi tollaꝫ puluis coralli rubei ꝛ croci ꝛ cū
vio ſubtili bibaꝫ ſtatiz tollit. ¶ Ad ſincopiz āt eius
ſi a caliditate ꝯtingat cucumer magn⁹ odoreꝫ nā ap
proprietate ꝯfert. ¶ Eius quoqꝫ debilitati q̄ dormi
re nō pmittit meliſſa i ieiunio comeſta appropriera
te ꝯfert. ¶ Cor aūt letificat ꝛ triſtitiā remouet ap/
propetate ligua bouis ꝛ eſt bugloſa. ¶ Ad anguſtiā
aūt a caliditate ipſius poma odorifera comeſta ſunt
magni iuuamēti ꝛ cor ꝯfortāt. ¶ Ex exptis nr̄is ad
pulſuz cordis ſincopiz ꝛ triſtitiā ſine cā eſt electua/
riū narratū ſupra capitulo de melancolia qḋ dicitꝫ
electuariū de lapidibus p̄cioſis. ¶ Ad releuationē
āt virtutis vtimur hoc ſecreto Gale. ℞. coſti: folij:
calami aromatici: gariofiloꝝ electorū oium an̄. ℥. j.
galle: acatie: folioꝝ rob. ſpodij: ſanſel: thuris maſcu
li an̄. ℥. ß. teranꝫ ꝛ cribellenꝫ ꝛ cōficianꝫ cū rob cito/
nioꝝ ē. n. optima medicina. doſis āt ſit quātitas nu
cis. ¶ Ad cordis quoqꝫ tremorē ꝛ cōfert ēt melāco
lie magno iuuamēto hmōi vtimur qḋ ex ſecretis ē
Gal. ℞. thuris: rob. xilobalſami: gariofiloꝝ ſpodij:
ſandaloꝝ rub. karabe marini: ſandarace. aluminis:
iameni omnium: an̄. ʒ. j. teranꝫ ꝛ cribellentur cum
aqua rob. aut aq̄ maloꝝ ꝛ ponatur ſuper cor ꝛ ſto/
machū. Poſſunt ēt trahi ad iſtud cap'm multa ex
his que dicta ſunt capitulo de melancolia.

Acetoſitas ci tri. Coriandruz. Corall⁹ rub. Cucumer magnus. Meliſſa. Bugloſa. Poma odorifera. Electuariū. Epithima.

¶ Tractatus. 9. primi ſermonis. De diſpōnib⁹ mā/
millarum ꝛ cōtinet capitula tria.

¶ Cap. primū. De ꝓhibitōe excreſcētie mām̄illaꝝ.

Vzrit Mirandus ꝙ teſte ouoꝛuz pdicis
trite cū cera citrina valde cōmix
te ꝛ inūcte mām̄illas laxas ꝛ cadentes eri/

Teſte ouorū perdicis.

gunt. ¶ Et dixit Raſ. ꝙ ſi ex prio ſanguine menſtruo v̄ginis vngāt capita mamillaꝝ alicuius virginis nō creſcūt. ¶ Et ex hys q̄ paruulas i puellis faciūt ⁊ eaꝝ augmētū prohibēt eſt cicuta: ipſa qn̄ tota cū folys ⁊ ſemine terit̄ ⁊ ex ea emplaſtratio aſſiduat̄. ¶ Idē quoqꝫ facit fricatura ferri ſuper cotte qn̄ cū ipſa ꝯtinuat̄ inūctio. ¶ Unguētuꝫ āt veſpertiliōis ſup ipis vſitatū opat̄ ad idē. Et d̄ ſanguie ei⁹ dictū ē illō idē accidet̄. Quecūqꝫ igit̄ ꝓhibēt teſtes augeri ꝓhibēt ēt mām̄llas de q̄bus īfra dicetur.

Sa. mēſtru⁹ prim⁹ v̄ginis

Cicuta.

Fricatura ferri.

Unguētū veſpertilionis ⁊ ſang.

¶ Capitulum. 2. De multiplicatione lactis ⁊ eius abſciſione.

Ex his q̄ mām̄illas mulieris iplēt lacte ē lactuca ipſa. n. i hoc vehemēter operat̄. ¶ De ſucco āt bachaꝝ brionie. i. vitis albe ſi cū frumēto bibatur cocto ⁊ hoc expti ſum⁹ facit lac exuberare. Ideꝫ āt eſt brionia ⁊ vitis alba. ¶ Aq̄ quoqꝫ ordei i qua coctū eſt ſemen feniculi facit abūdare lac. ¶ Et Albert⁹ dixit qꝫ ſi criſtallus cū melle potet̄ dat lac mulieri ⁊ certe veꝝ ē. ¶ Exuberare faciūt ⁊ facilitant lac folia ⁊ ſemē altee. i. maluauiſci qn̄ bibunt̄ ēt aniſuꝫ multū auget lac. ¶ Nos āt hec ſimplicia poſuimus ⁊ iuenim⁹ mirabile ſicut lactucas coctas i aq̄ ordei in potu ⁊ miro mō lac excreuit q̄ꝫto magis ſi alia ꝯſilia miſceant̄. Mām̄illas quoqꝫ blādis māib⁹ fricat̄ lactꝭ efficit multitudinē. ¶ Et dixit Kirād⁹ ꝙ lūbrici terre cū vio bibiti lac i nutricib⁹ educūt. ¶ Et di. Raſ. ſi des i potu oi die ex ſemie pſily trito. ʒ. j. ſ. cum vino fiet lac multum. ¶ Expertis noſtris ꝓuocātib⁹ lac ⁊ roborātis corp⁹ lactātis ē vnguis pedis anterioris vacce cū vrin̄ ⁊ cinis eius dat̄ i potu ⁊ hoc affirmat Raſ. ¶ Exiccam⁹ āt lac faciēdo multiplicare ment i eſu. ¶ Et ſimil̄r cū fomētatiōe hm̄oi. Coquāt̄ caules in aq̄ ⁊ ſup eis calidis ſuffumigēt̄ mām̄ille aut ēt eedē eiſdē emplaſtrē

Lactuca ⁊ infra.

Succus brionie.

Aqua or. cū ſe. feniculi.

Criſtallus.

Folia ⁊ ſemē altee.

Lūbrici terreſtres.

Semē pſilij.

Cinis vnguis pedis anterioris vacce.

Exiccātia lac

Menta.

Fementum.

tur. ¶ Circa hoc multa ſcripſerunt aucto. & ſimplicia & cōpoſita. nos aūt vt p̄miſſum eſt ſolū prelaudata ſimplicia & expta noſtra in his & alijs ſcribemus.

Additio.

¶ Si capita tantum mammillarum liniantur ex ſucco plantaginis fit ſiccatio ſubito lactis & hoc habeas pro magno ſecreto.

¶ Cap. 3. de apoſtemate mā̄illaꝝ coagulatiōe lactis in eis & doloribus & ragadijs papillarum.

Simul āt dicemus de apoſtematib⁹ mā̄illaꝝ & coagulatiōe lactis i eis: ſepius eteniꝫ a lacte coagulato apoſtemant mā̄ille. Ad flegmonē igit mā̄illaꝝ & tumores maximū eſt p̄ſidiū lenticula i aq̄ marina decocta emplaſtrata & proprie ſi flegmon veniat ex cōtritione lactis in eis ꝙ ſumus experti. ¶ Ad calida aūt apoſtemata mā̄illaꝝ & maxime ſi lac coagulatū eſt i eis: valde iuuatiuū ē emplaſtrū factū ex farina fabaꝝ & ſauic ordei. i. ſucco. dixit aūt Gal. hūc ſermonē i ſermone de fabis ēt ad apata teſticuloꝝ & mā̄illarū ē bonū cataplaſma. ¶ Amāt .n. hee particule moderate ifrigidari cū flegmonāt & maxie qn̄ ex lacte i eis caſeato mā̄illa flegmonat &. n. lac extinguit ab hmōi caliditate al's cataplaſmate & i eodē recto caſu cōuenit menta emplaſtrata & ſedat ēt apata eaꝝ. ¶ Apoſtemata aūt mā̄illarū curat curatiōe pfecta ſudor exercitati cū puluere exercitij mixtus. Gal. aūt dixit hunc ſermonē ō tipo. i. ſudore i. 10. de ſimplici medi. ¶ Optima vero ſanatio flegmonis vbeꝝ ē & .n. igneitatem eoꝝ extinguit & iflationes repercutit: & diaforat: cōponit. n. ex puluere & oleo & humano tipo. i. ſudore hoīs. puluis aūt emplaſtica infrigidātia & repcuſſiua. Oleuꝫ aūt mollificatiuum: ſudor aūt & tipus diaforeticus. ¶ Aui. aūt dixit ꝙ dꝫ admiſceri cū oleo de alcāna & ſi ſit ibi lactis coagulatio cū oleo roſaceo. miſceat.

Sudor & pul. hominis exercitati.

¶ Et kirandus dixit ꝙ ſi ſtercus cap̄ cũ veteri vio coquat̄ ⁊ ſuperponat̄ tumoꝛibus vbeꝝ.ꝑfecte ſanat ⁊ ſil'r genitaliũ ⁊ articuloꝝ. ¶ Et iteꝝ dixit ꝙ ſtercus muris cũ aq̄ diſſolutũ ⁊ inũctuz doloꝛem:duritiez:⁊ tumoꝛẽ vbeꝝ perfecte diſſoluit. ¶ Et dixit Raſ.ſi fenugrecũ cõquaſſatuz in aq̄ ⁊ moꝛe emplaſtri ſupponat̄ mãmillis:lac nõ coagulat̄. ¶ Ad mãmillas inflatas ⁊ doloꝛẽ:vitellũ oui cruduz cũ laua impoſitũ eſt vltimũ. ¶ Ad doloꝛes aũt ipſaꝝ thus cũ oleo roſ.⁊ chimolea eſt ſingulare ꝓſidiuz. ¶ Ad apoſtemata quoq;:ex radice affodilloꝝ cũ fece vini fiat emplaſtrũ. ¶ Ad duritiẽ aũt herbus ꝓprie valet ⁊ eſt oꝛdeũ ſine coꝛtice ſm Serap. ¶ Eaſdez aũt duritieſ:camepitheos emplaſtrata diafoꝛat. ¶ Coagulationẽ aũt lactis mirabiliter diſſoluit coagulum lepoꝛis diſſolutũ cũ aceto ⁊ ſuppoſitũ. ¶ Si quoq; tria grana cere in modũ fabe deglutiant̄ lac coagulatũ dixit Dyaſ.ꝙ diſſoluit. ¶ Ad flegmões vlceroſas.mãmillaꝝ optima medicina eſt vnguẽtuz ex fricatura plumbi cũ oleo. ¶ Ad idẽ eſt emplaſtruz factum ex folijs canabit ⁊ eſt caulis imperialis. ¶ Ex noſtris autẽ ad conſtrictionem lactis ⁊ ſanguinis in mãmilla eſt vt tollatur rutha ⁊ ſulfur ⁊ coquãtur ſimul cũ modico aceti ⁊ fiat emplaſtruz. ¶ Ad apã autez calidũ mãmille vz ſulfur al' furfur infuſum in vino ⁊ emplaſtratũ. ¶ Ad apoſtemata autem dura mãmillarum ſumatur fecis vini pars.j.ſalis ps tertia terantur adinuicem ⁊ fiat emplaſtrũ. ¶ Quecũq; autem conferunt ad apoſtemata teſticuloꝛum de quibus infra dicet̄:hic conueniunt. ¶ Et q: ad ragadias que fiunt in papillis expertiſſimã habemus experientiaz de noſtro vnguẽto ſcripto ſupꝛa capl'o de ſciſſura labioꝛum.⁊ infra de ragadijs multa dicẽtur:ideo pꝛopter bꝛeuitatez tacemus multa de his Dixit Raſis ꝙ ad ſciſuras vlcerum mulieꝝ:⁊ ven.

Sterc⁹ capre
Sterc⁹ mur.
¶ Ad inflationes.
Vitelluz oui crudum.
¶ Ad doloꝛes.
¶ Ad duritiez.
A Herbus.
Camepitheos.
Diſſoluentia lac.
Canabit.
¶ Ad ragadias.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-148610-p0093-0

tris:ꝛ femoris comburaᷓ tarcuta marina ꝛ miſcea-tur cū albumine oui ꝛ lacte aſine ꝛ inunganᷓ loca.

## ¶ Gloſa.

caſeatio

a ¶ Nota ꝙ ſi calefactio fiat a frigido reſoluaᷓ cū calidis. ſicut ſunt ſuccus apij:blete:rute:fenugrecū aniſuꝫ:ciminū ſiſeleos abrotanuꝫ:ꝛ ſuccus feniculi. Accipe ergo vnū iſtoꝝ aut plura ꝛ cum farina lupinoꝝ:myrrha:ꝛ croco ꝛ vino al. fiat empl'm ꝛ ſuper mām̄illā apponaᷓ vel imponanᷓ pāni intincti in ꝑdictis ſuccis ꝛ tepidi ſupponātᷓ. Si aūt caſeatio fiat a calido tunc. ℞. ſucci cauliū:ſucci maurelle:ſucci coriādri:ſucci portulace añ. tunc iſta cū oleo roſa. ꝛ aceto forti ꝛ farina ordei miſceātur ꝛ fiat empl'm:ꝛ poſſumꝰ modicā q̄ꝫtitatē myrrhe ꝛ croci vt melius valeat penetrare addere ꝛ ſupponaᷓ actu cal. ¶ Illud aūt qđ in vtraqꝫ cā reſoluit caſeationē dolorē ꝛ tumorem mām̄illaꝝ ſuppoſito bono regimine ſunt acetū vinū albū ꝛ aqua calefiāt igiᷓ ꝛ ꝓijciant ſu-per mām̄illaꝫ ꝛ fiat cōpleta eoꝝ reſolutio.

## ¶ Additiones.

¶ Ad duritiē nodos ꝛ glādulā mām̄illaꝝ. ℞. dra-gagāti gumi arabi. vitella ouoꝝ oleū viola. ꝛ miſceā-tur ꝛ fiat empl'm:ſi fortius operari volueris liq̄fiat cera ꝛ pix in ol'o ro. ꝛ addaᷓ modicū fellis ꝛ ſtercoris colūbini ꝛ fecis vini ātiq ꝛ fiat empl'ꝫ ē. n. optimū.

## ¶ Additiones.

¶ Ad fiſtulas mām̄illaꝝ laueᷓ quotidie cum vino puro cali. vbi bullierit myrrha:poſtea ſicceᷓ deinde ℞. ſarco. ꝛ aloe pulueriçētur ꝛ miſceantur cū mel-le ꝛ inuoluatur tenta ꝛ in fiſtula intromittatur eſt de ſecretis contra fiſtulam.

¶ Serap. recitat de maiorana:ꝛ propter hanc cām ponentes ventoſas adminiſtrant ſuccum eius vn-guen. locum ventoſatū ne cicatrices appareant:ꝛ ſic ad propoſitum poſſimus adaptare.

## ¶ Tractatus. 10. De diſpoſitionibus ſtomachi cō/ tinet capitula ſex.

### ¶ Capitulum. 1. prohemiale.

VErum qꝛ ſemꝑ aliqd ſuperfluū repe
rit in cibo cuius ꝑtia nō eſt
idonea mēbris dotauit natura ſingula mē/
bra expulſiua ꝟtute q̄ qd̄ ſuperfluū eſt ab eis expel
lat: quo circa ordinatū eſt mēbꝝ qd̄libet ꝟtute qua
druplici. ſ. attractiua: retētiua: digeſtiua: ꝛ expulſi/
ua: nutritiua: cōia iter cetera mēbra ſūt ſtōs ꝛ epar.

### ¶ Capl'm. 2. De debilitate ſtomachi ꝛ eius confor/ tatione ructis: acidis: ꝛ ſiti.

POnemus ſtomachos debiles habētes qui ma
gis in actu digeſtiue ꝟtutis ledunt q̄ȝ alicuius
alterius qꝛ lȝ a plurib⁹ cauſis poſſit accidere: frigidi
tas tn̄ magis eſt cā̄ ſiue ſit ſola ſiue cuȝ materia fleg/
matica ꝯtenta in ſtomacho: ponemus tam in cā̄ ca/
lida q̄ȝ frida remedia neceſſaria. ¶ Et vinū quidē — Vinū d̄ paſti/
de paſtinacha ponit in hoc ſingulare ꝑſidiū qn̄ ho — nacha ꝛ mo/
mo vtitur illo ꝛ ſit hoc modo. Tollant radices pa/ — dus ſiendi.
ſtinace in vno modio muſti ꝛ ponat ex eis. M. j. ꝛ
dimittat per tres mēſes poſtea colet ꝛ vſui reſerue/
tur. ¶ Succus gētiane cum aq̄ bibitus ſtomaticis — Succus gen
maxime ꝓdeſt. ¶ Caſſialignea vero ſtomachū debi — tiane.
leȝ ꝯfortādo fortificat. ¶ Pulegiū ꝯfert debillitatē — Caſſia lignea
ſtomaci ꝛ maxime mōtanum. ¶ Cōfert ad malitiā — Pulegium.
ſtomaci valde betonica qn̄ maſticat ꝛ deglutit ꝛ po — Betonica.
ſtea paꝝ vini calidi deglutiat vel bibat. ¶ Semen — Semen gra/
aūt gramis oīno ꝯuenit ſtomaco. ¶ Cōfortat aūt ꝓ — minis.
ꝓprietate enula: maxīe aūt vinū factū cū ea. ¶ Ad — Enula.
idē ſcriptū eſt qꝛ ſmeralgdus ꝯfert ſuperligatus ſto — Smeralgd⁹.
macho etiā portatus in digito ꝛ hoc ſibi a ꝓprietate
ineſt. ¶ Defectiōi aūt ſtomaci mirifice ꝓdeſt puluis
radicis vitis ſilueſtris ꝛ ſilr̄ flores ei⁹ veꝝ hoc eſt qn̄ — Vitis ſilue/
e cā̄ calida ſtomach⁹ deficit. ¶ Debilitati ſtomaci ꝛ — ſtris.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-148610-p0095-2 DFG

Vinū ꝛ aqua calibeatis. eius molificationi ꝯuenit vinū vel aqua in quibus ferꝝ extinguiť. Auicē. dixit ꝙ cortices olibani ꝯfortant stomachū ꝛ stringūt eū ꝛ ſunt magis calefaciens ꝛ magis iuuans euꝫ in digeſtiōe ꝛ cortices magis colligūt ſtomachū mollificatū. ℭ Ex expertis nr̄is. ℞. nucis cipſſi partē. j. partē. 5. olei dulcis q̄ꝫtuꝫ ad intētionē ſufficit fiat empl'm. ℭ Succus āt cuſcute trite in vino poſitus facit ſtomachū forteꝫ. ℭ De melliſſa aūt ſcriptuꝫ eſt in ſtomacho frigido ꝛ humido. Meliſſa in ieiuno comeſta ꝯfert ꝛ facit digeri groſſum cibū ꝛ aperit opillationes cerebri ꝛ ꝓprietas eius eſt ꝯferre debilitati cordis q̄ nō ſinit dormire nos damus illā ſiccā cū melle ꝛ eſt vltimū. ℭ Calere āt facit ſtomachū fortiter ꝛ ꝯfortat inunctio facta cū oleo decoctiōis abrotani. ℭ Corroborat ꝛ mās corruptas ēt expellit ab eo lignum aloes qn̄ ex eo ſumiť. ʒ. j. 5. ℭ Qd aūt abſtergit ſtomachū p ſeceſſuꝫ a flegmate qd in eo eſt ſunt cappares ſaliti nō abluti ante cibū ſumpti: ſaliti aūt ꝛ abluti ante cibū aſſumpti digōnem ꝯfortant ꝛ appetitū releuant. ℭ In quo eodē caſu ſaturegia ꝓprietatē hꝫ ꝛ digōnem ꝯfortat. ℭ Zinziber aūt ꝯditū ꝛ ꝓprie cuꝫ melle appropriетate ꝯſumit ſupfluitates q̄ ſunt i eo maxie q̄ gn̄ate ſunt pp fructus humidos: ſicut ſunt melones ꝛ ſil'ia. ℭ Ad appetitū ꝯfortādū ꝛ ad debilitatē ſtomaci remouēdā eſt calamentū. ℭ Qd aūt corruptionē digōnis ꝛ ei⁹ malitiā remouet ꝛ flegma groſſuꝫ qd eſt in eo ꝛ in inteſtinis deponit eſt vinū ſqlliticū qd ſic fit. ℞. ſqlle inciſe ꝛ mūdate cū cultello ligneo manas q̄ttuor ꝛ ponāť in anfora plena vino ꝛ dimittāť ſex mēſib⁹ poſtea coleť vinū ꝛ dimittať in vaſe. ſqlla. n. multū ꝯfert ad digōneꝫ ꝯfortandā. ℭ Qd aūt multū digōnē ꝯfortat eſt ſirupus de camepitheos ſumptus in ieiuno ꝛ quāto erit antiquior tanto erit melior. ℭ Si aūt bibať decē dieb⁹

Marginal notes: Vinū ꝛ aqua calibeatis. — Cortex olibāi — Succus cuſcute. — Meliſſa. — Oleum abrotani. — Lignū aloes. — Cappares ſaliti. — Saturegia. — Zinziber conditum. — Calamentuꝫ — Vinū ſquilliticum ꝛ modus fiendi. — Siru. camepitheos.

quacũqʒ die ciatus vnus ex ſucco abſinthij appeti/tus ꝓuocaꝛ ꝛ in hoc eſt mirabilis. Eſt aũt ciatus.ʒ. j.s. ❡ Appetitũ ꝑgnãtiũ corruptũ ſedat ꝛ ſtomacũ ſanat ꝛ ꝯfortat decoctio citri. ❡ Et expti ſumus ꝙ talẽ appetitũ falſuʒ ſanat ſuccus folioꝝ vitis dome/ſtice aut caprioloꝝ eiꝰ cuʒ vino ſtiptico ꝑparatus in potu. ❡ Eundẽ appetitũ ꝑgnãtiũ ſanat acetoſa qñ in vino põtico coquiꝛ ꝛ potui daꝛ. ❡ Cõfortat aũt digõnẽ: ꝛ digerit cibũ: ꝛ ſedat inflãm tiones: ꝛ ẽ bo na ſtomacho radix ſiſeleos i cibo vel potu ſumpta. ❡ Sirupus ẽt de citonijs ſtomachũ valde calidũ ꝯfortat. ❡ Ex pprijs aũt laudatis in mundãdo ſto machũ ꝛ corpus ꝛ ſtomachuʒ ꝯfortat hoc eſt vt ſu/maꝛ citoniũ ꝛ euellaꝛ totũ qđ eſt in medio vbi ſunt ſemia ꝛ ipleaꝛ ſcamonea ꝛ inuoluaꝛ poſtea ꝛ coquaꝛ in furno ꝛ poſtea abiecta ſcamonea comedaꝛ pomũ ❡ Uinũ nobiliſſimũ quo vos vti ꝯſulo ſtomachũ ꝯfortat: ſenſus exacuit: bonũ colorẽ facit: ꝛ bonum oris odorẽ: ꝛ ꝯfert tremori cordis. ℞. mirabolanoꝝ oiuʒ añ.ʒ.j. piſtenꝛ bene. deinde. ℞. q̃ttuor fialas vi ni rubei boni ſtiptici ponãꝛ in eo ꝛ ferueant feruo/re magno. deinde. ℞. cinamomi maſticis añ.ʒ.j. ga/lange.ʒ.s. macis.ʒ.j.s. piſtenꝛ optime ꝛ addanꝛ ꝛ di/mittãtur ꝑ dies.8. Doſis eſt.ʒ.v. vſqʒ ad.ʒ.ix. ꝭm ꝙ virtus exigit. ❡ O venerande dñe huic vino nr̃o expto te adhereas cũ idiges ſolutiuo vbi neceſſitas alia imineret faciet ꝛ em̃ reuiuiſcere ſenſus tuos. ❡ Cõfectionẽ etiã qua tũc vtimur tãqʒ vtilẽ in bo nificãdo ſtomachuʒ frigiduʒ ſcribã ꝛ eſt. ℞. trium pipeꝝ añ. auꝛ. v. zinzibe. aſſe aniſi añ. ij. ſpice ameos amomi añ. auꝛ. j. caſſie lignee ſeminis apij ſiſeleos aſſari enule ſicce añ. auꝛ. s. ꝛ conficiantur cum mel/le diſpumato. ❡ Electuarium inſuper de ſcoria fer ri vſitatum eſt ex eis que ſtomachũ vehementer cõ fortant: ꝛ bonum colorem corporis ꝛ faciet reddit.

Succꝰ abſin-thij.
Quid ciatus
Decoctio ci/tri.
Succꝰ fol. vi/tis domeſtice
Acetoſa.
Radix ſiſele.
Sir. citonioꝝ
Uinuʒ artifi/ciale ſolutiuũ
Confectio.
Electuarium de ſco. ferri.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-148610-p0097-3
DFG

¶ Hoc autez noſtro experimēto ſtomachū vigora
mus. ℞. cuſcute: ſemis apij: ⁊ feniculi: cinamomi:
piperis albi ⁊ lōgi oīuz añ. zuccari q̄ztuz oīa fiat pul
uis. Doſis eſt a. ʒ. j. vſq3 ad. ʒ. iij. cum aqua calida.
¶ Q̄ð aūt acetoſitatē ſtomachi ⁊ puncturas tollit
Ell'z ex ſecretis Gal.
q̄ cauſanť a frigido eſt electuariū hmōi qð aſſumpſi
mus multotiens ex ſecretis Gal. ℞. mirabolanoꝝ
nigroꝝ beliricoꝝ kebuloꝝ ⁊ emblicoꝝ nutritoꝝ in
lacte añ. aur. x. teranť ⁊ cribellenť ⁊ linianť cū oleo
de amigdalis dulcibus. deinde ſumať maſticis zinzi
beris cinamomi: capparis: aſſari: croci. añ. aur. iiij.
coſti dulcis: piperis: macropiperis: ſetaragi indi:
corticū caſſie lignee: oīum añ. auř. iij. nuciſmucate:
macis: cardamomi: xiloaloes indi: cubebe: calami
aromatici oīum ana. auř. ij. teranť ⁊ cribellētur ⁊ li
niātur cū oleo balſami ⁊ ꝯficiātur cuz melle. Doſis
eſt aureus vnus. Loco autē olei de balſamo vtimur
oleo anetino. Emblici aūt ſic nutriunť in lacte ſun
dať: ſuper emblicos lac dulce ⁊ muteť mane ⁊ ſero
⁊ hoc fiat ꝑ triduuz poſtea ſiccenť in vēto ⁊ vmbra
⁊ vſui reſeruenť. ¶ Nos aūt noſtro experimēto di
Melegeta.
dicimus in hoc caſu mirabil'r mologatas al's mele/
getas ſumptas iuuare. ¶ Eandē aūt acetoſitatez ⁊
Electuarium noſtrum.
ructus acidos ſanat nr̄m experimētū Gal. ℞. oīuz
pipeꝝ añ. ℥. iij. xiloaloes. ℥. j. ſpice: amomi añ. ʒ. iiij.
ʒʒ. ſeminis apij: ſiſeleos ro. caſſie fiſtule mūde: enule:
aſſari oīuz añ. ʒ. j. teranť ⁊ cribellenť ⁊ ꝯficiātur cū
melle diſpumato. doſis eſt ſicut caſtanea. ¶ Ad idē
Spica.
aūt cū decoctione abſinthij ſpicā ꝓpinamus in po/
Grana pinee ma.
tu. ¶ Cōſeq̄nter grana pinee maioris retēta cū ſuc
co portulace aut aqua decocaionis eius ⁊ ꝓpinenť.
Uſnen.
¶ Uſnen etiā ſumptū cū vino vel aq̄ decoctionis
maſticis corruptas ructuatiōes tollit. ¶ Et q2 ſto/
Ualētia in cā calida.
machus non minus a cā calida q̄z frigida debilitať
Portulaca.
bonū eſt ponere q̄ illū corrigant. ¶ Portulaca. n.

cuz aceto

cũ aceto comeſta mire ſanat ardorẽ ſtomachi. ¶ Si aũt ardor ⁊ ſitis eſſent ꝑpter flegma ſalſuȝ qđ eſſet i ſtomacho: aleũ comeſtũ appropꝛietate tollit. ¶ Ad ſitim aũt colericã: ꝯfert vehemẽter mucilago pſilij cuȝ oleo roſ. ſumpta. ¶ Endiuia quoqȝ ⁊ maxime ſilueſtris eſt de melioꝛib9 medicis ad ſtomachi cali/ tateȝ. ¶ Emplr̃m quoqȝ factũ ex folijs ⁊ capitibus vitis ⁊ maxime ſilueſtris cũ ſauich ⁊ eſt ſucc9 oꝛdei multũ ꝯfert. ¶ Sirupus nr̃ ad idẽ qui eſt ex ſecre/ tis Gale. ℞. ſucci baſilici: ſucci granatoꝝ dulciuȝ ⁊ acetoſoꝝ aque cucumeris ſarracenici: tamarindoꝝ: aque caſſiefiſtule: aque citruli: aque maloꝝ citonio/ rũ oiuȝ añ. lib. j. rob vue vere dulcis lib. viij. coquãt vſqȝ ad ſpiſſitudinẽ ꝯſeruantẽ a malitia: ⁊ põt addi zuchaꝝ ⁊ fit ſirupus. doſis cuȝ aqua frigida coclear vnuȝ hic ſirupus nõ ſolum inflãmationi calide ſto/ machi cõfert: ſed etiã nauſee: ⁊ malitie digeſtionis: ⁊ vere ſiti. ¶ Eandem autẽ caliditatẽ ⁊ ſitim extin guũt vehemẽter trociſci huiuſmodi. ℞. ſeminis ci trulli: ſeminis poꝛtulace: liquiritie munde: oiuȝ añ. ʒ. viij. dragaganti. ʒ. iij. terãtur ⁊ cõficiantur cũ mel le pſilij ⁊ fiant trociſci. ʒ. j. ⁊ adminiſtrẽtur. ¶ Ad hoc ideȝ ſunt trociſci noſtri extinctiui ardoꝛis vri/ ne ꝺ quibus infra dicetur capitulo de ardoꝛe vrine. ¶ Apozima autẽ iſtud eſt de mundificantibus ſto/ machum valde in quo eſt fiducia magna. ℞. mira/ bo. nigroꝝ beliricoꝝ ⁊ emblicoꝝ: radicum apij: fe/ niculi: ſquinanti: cimaꝝ ſquinanti: capitis lilij om/ niuȝ añ. ʒ. x. ſpice: maſticis: calami aromatici oium añ. ʒ. iij. ſuchaa bedeguar amboꝝ añ. ʒ. v. coloquinti de interioꝛis. ʒ. ij. coquãtur omnia in. v. lib. aque do nec a lib. j. deueniat poſtea ꝓijciatur ſuper eo aloes ſuccotrenſis. ℥. j. ⁊ ponatur in ſole. doſis eſt ab. ℥. j. vſqȝ ad. ℥ ij. ſm ꝙ virtus tollerat.

¶ Caplm̃. 3. De vomitu.

Aleum.
Mucilago pſilij.
Endiuia ſil/ ueſtris.
Emplaſtrum
Sirupus nr̃.
Trociſci.
Apozima.

Vomitus ſicut ⁊ alie diſpoſitiones ſtomachi
ꝓpter naturā corrigendus eſt:niſi creticus exi/
ſtat ⁊ motu nature factus:tūc.n.eſſet ꝓhibitio eius
nocíua niſi ſupflueret. ¶ Et vomitū qdē flegmati/
cuz ſedat approprietate menta ſola ſilueſtris bibita
aut cū aqua ſiſimbrij. ¶ Cuſcute cū aceto bibita il/
lū ſedat. ¶ Experimēto quoqꝫ ſcitū eſt ꝙ ſal vſtus
in ſacculo poſitus ⁊ ſuppoſitus illū ſanat. ¶ Pul/
uis aūt moroꝝ ſiccoꝝ qñ ſunt viridia ſtatiꝫ ſtringit.
¶ Mollificatū aūt ſtomachū multitudine vomi/
tus tamarindi ſtringūt ⁊ coadunant. ¶ Ad vomi/
tū aūt ſang.ſumant.ʒ.iiij.ſerpilli cū aceto. ¶ Con/
tingit qñqꝫ opportere ꝓuocare vomitū qđ facimus
ꝓuocādo vomitū flegmaticū dantes ex radice beto
nice cū hidromelle. ¶ Et deinceps expta nr̄a ſcri/
bamus. Illud aūt cū quo nauſeā tollimus:⁊ vomi/
tuꝫ:⁊ appetitū ꝓuocamus eſt hoc. ℞. lupinoꝝ dul
coratoꝝ ⁊ cū aceto ꝓpinent ꝙ ſi calefactionis adſit
neceſſitas:addimus modicuꝫ vini:ſi aūt retētionis
⁊ ſtipticitatis neceſſitas modicū vini granatoꝝ aut
citonioꝝ admiſcemus. Utile aūt eſt hoc in empl'is
apponere nō minus q̃ꝫ intra. ¶ Ad vomitū aūt cū
ſignificationibus frigidis tollat cardamomū maius
cū capitibus ſuis ⁊ bibat cuꝫ vino decoctionis ma/
ſticis ligni aloes ⁊ ſucco mente ſi ſit cū ſigno calidi/
tatis ſumatur cū vino granatoꝝ. Si aūt diſpoſitio
ſit media ad ſuccū granatoꝝ addatur modicū ſucci
mente. ¶ Ad nauſeā quoqꝫ ſumat floꝝ ſquināti ⁊
piperis añ. fiat puluis de quo detur aur̄. j. vſqꝫ ad.
aur̄. ij. cuꝫ vino aromatico. ¶ Ex his aūt expertis
q̄ nos Gal. docuit eſt hoc nō ſolū vomitui valet:ſꝫ
etiā debilitati ſtomachi ⁊ ſolutioni ven. ℞. grana/
toꝝ acetoſoꝝ citonioꝝ amboꝝ añ. xx. numero piro
rū ꝫuꝫule al's iuiube amboꝝ añ. numero. c. ſumach
aur̄. lx. granoꝝ mirti aur̄. cc. terātur oīa ⁊ ponātur

¶ Abſcindē/tia vo. flegmaticum.
Mēta ſilue/ſtris.
Cuſcute.
Sal vſtus.
Pul. moroꝝ
Tamarindi.
Prouo. vomitum.
Radix beto/nice.
Cardamomū
Sedantia nauſeam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-148610-p0100-4
DFG

in vaſe vitreo ꝛ ſuperponaẗ aque lib. xxx. ꝛ decoq̄/
tur decoctione bona ꝛ exprimaẗ fex ab eis poſtea ei
qđ claꝝ eſt mellis lib.ij. bulliant vſq; ad ſpiſſitudi/
nez mellis ꝛ recōdaẗ.doſis eſt coclear.j.cū aqua fri/
gida. ¶ Uomitū quoq; infantiū ꝛ flegmaticū pꝛeci
pue cito ſanamus cum hmōi'puluere. ℞.ruthe ſic
ce partē.j.olibani partem.ſ.miſceātur ꝛ detur ex eo
ſm ꝙ neceſſitas ꝓuocat qn̄q; cum ſirupo roſ. qn̄q;
cuz aqua qn̄q; cuz vino mixto. ¶ Sirupus quē pa
ter cōpoſuit religioſo nr̄o cuius etas erat fere. 40.
annoꝝ cui acciderat vomitus ſanguinis in q̄ttitate
magna fere lib.xv.ex ipſius aqueitate ꝛ multitudi/
ne circa totū. ℞.radicū quinq;:ſuchaa: bedeguar:
camepitheos:capilliue.ſcolopen.an̄.M.ſ. ſucci eu/
patoꝛij:reubarbari an̄.ʒ.ij.al.ʒ.j.caſſie:ſpice: ſpodij:
cuſcute:maſticis:corticū:thuris:an̄.ʒ.j.ſ. paſſularū
nō enucleataꝝ.℥.j.roſ.℥.ſ.ſquināti.ʒ.iij.fiat ſirupus
cum zucharo ꝛ aromatizeẗ cū ambꝛa.ʒ.ſ. iuuatiuus
eſt ergo per ipſum. ¶ Confert etiā ſecretum Gale.
quod infra ſcriptum cap.de fluxu ventris.

¶ Ad vomitum infantiū

Sir.

## ¶ Capitulum. 4. De ſingultu.

PAuca dicemus de ſingultu per inanitionem.
nō eniz recipit curā niſi vix. ¶ Ad eundē aūt
qui de repletione:cōmuniter omnia dicta ꝛ dicen/
da calefacientia ſtomachū ſunt iuuatiua. ¶ Cum
ergo eſt cum doloꝛe ſtomachi ſingultus : detur ſuc/
cus aneti in potu ſm ꝙ infra ſcribeẗ capitulo de do
loꝛe ſtomachi.nā anetū appꝛopꝛietate tollit ipſum.
¶ Ciminū etiā cū aceto bibitū ꝯfert:etiā ſi toꝛſio/
nes adſint. ¶ Aufert aūt ſingultum ſerpillum cuz
vino bibitū. ¶ Ad idē aūt ſi bibaẗ ſiſimbꝛiū cuz vi/
no ꝛ ꝓpꝛie ſemen eius. ¶ Eundem autē ꝛ ſi ſit fleg
maticus tollit ſemen ruthe quando de eo in potu

Succꝰ aneti.

Ciminum.

Serpillum.

Siſimbꝛium

Semē ruthe

ſumitur a.ʒ.j.vſqȝ ad.ʒ.ij. Experti ſumus ꝙ ipſum tollit fortes imaginationes ſubito impreſſas ⁊ etiaȝ retentiones anhelitus vſqȝ ad ſuffocationem.

¶ Additio.

in singultu

¶ Aloe per ſe datuȝ optimuȝ eſt remediū i ſingultu de repletione: platearius ⁊ experto credite.

¶ Capitulum.5. De dolore ſtomachi.

QUāuis oīs dolor virtutē ꝓſternat ⁊ auferēduȝ ſe idicet. dolor.n. ſtomachi eſt ex maxime deijcientibus virtutē tā pp ſenſibilitatē ſui quaȝ hȝ pp duos neruos groſſos deſcēdentes ad os eius a cerebro q̄ȝ pp cōtinuitatē quā hȝ cū corde vn̄ citaȝ ſincopim paratus eſt accidere quare de ipſo tractandū eſt. ¶ Et ſcriptuȝ quidē eſt ⁊ nos experti ſumus ꝙ

Succ⁹ aneti.

ſuccus aneti aqua coctus ⁊ bibitus vſqȝ ad ciatos tres miro modo releuat dolorē ſtomachi qui eſt cū nauſea ⁊ ſingultu.

Corallus.

¶ Corallus autē bibitus cū aq̄ pluuiali iuuat ⁊ eſt expertū in cauſa calida.

Palma nouella.

¶ Sumitates quoqȝ palme nouelle cum primo naſcitur ſumpte in potu approprietate tollunt: lȝ in cā calīa magis.

Semen naſturtij.

¶ Dolorem autē oris ſtomachi tollit ſemen naſturtij ſi cū lacte caprino bibaꝛ.

Pellicula interior ſtomachi galine.

¶ Tollaꝛ quoqȝ interior pellicula ſtomachi galine ſicceꝛ ⁊ deꝛ in potu: ſtomachi dolorē aufert. ¶ Idem autē poteſt oīs pellicula iterior ſtomachi cuiuſlibet auis. ſed i hoc caſu excellētiā hȝ hec.

Lac muliebre.
Lac oē ſtōm inflat muliebri excepto niſi ſal ei. admiſcetur.

¶ De lacte aūt mulieris ſcriptum eſt ꝙ illum tollit. Omne auteȝ aliud lac iflat ſtomachū veruȝ ſi modicū ſalis miſceaꝛ cum eo cōfert.

Abſinthiuȝ.

¶ Abſinthiuȝ cum oleo roſ. vel cū roſis illum tollit. Et nos ipſi experti ſumus bullientes ipſum cum roſis. i vino ſtiptico: ⁊ fomētantes ipſuȝ aut ſi ſolum ipſum bullim⁹: ⁊ poſtea ſi ſm exigētiaȝ plus vel minus admiſcem⁹ olei roſ. ⁊ fomētam⁹. Aut bucellam panis aſſi in vino infundim⁹ ⁊ ſtomacho applicam⁹ ⁊ peroptimū inuenim⁹ etiā in antiquis do/

loribus. ¶ Jus autē gallorū in hoc caſu multū cō uenit. ¶ Idem ⁊ andacocha ⁊ oleū eius. Eſt autē andacocha trifoliū. ¶ Dolorē ⁊ mordicationē ſedat ſemen peonie ⁊ cōfortat ſtomachū ⁊ ꝓhibet materias effundi ad ipſū quādo cū ſirupis datur ſtipticis. Nos autem damus ex granis eius. xv. nigra aut ex radice eius quātum eſt auellana vna ⁊ idem operatur. ¶ Cōtingit autē ꝙ quādoqꝫ dolor ſit ꝑ percuſſionē ⁊ caſū: ⁊ tunc ſumat mumie gra. j. cū duobus dauich boliarme. ⁊ dauich. j. croci. Eſt aūt dauich pondus. 8. granoꝝ ordei. ¶ Dolorē aūt ſtomachi ſedat aqua que iuenit in oſtrachis crudis bibita cum aperiunt. ¶ Et licet quedā experta ſint tacta nunc ſeriatiꝫ alia dicemus. ¶ Ad dolorē aūt ventoſū. ℞. extremitatū abſinthij partē. j. ſiſeleos ſpice celtice: aā. partē. 5. terant ⁊ coquant in aqua ⁊ propinent in potu ¶ Ad dolorē qui eſt cū acetoſa eructuatione. maſticet infirmꝰ agaricū a. ʒ. j. vſqꝫ ad ʒ. ij. ⁊ poſtea deglutiat ⁊ poſt ipſū bibat modicū vini permixti aut cū iulep vt exigit diſpoſitio. ¶ Ad idem puluis florum vitis ſilueſtris facientis vuas propinet in cibo pro cōdimēto hoc hꝫ verū i cauſa calida. ¶ Materias autē effundi ad ſtomachū que ſunt cā doloris prohibet nux cipreſſi recens quātū poteſt eſſe aut ſumitates eius recentes propinate in potu cū vino. ¶ Si autē propter apoſtema dolor eēt tūc ꝓmiſſa euacuatiōe ꝑ flobothomiā ⁊ alijs neceſſarijs. Cauda cabalina emplāta ⁊ bibita multū ꝓdeſt i quo caſu maſtix etiaꝫ ꝓdeſt. Et ſecretū Gal. ſcriptū ifra caplo de opillatione ſplenis eſt vtile.

Jus galloꝝ
Andacocha.
Semen peonie.
¶ A cāu ⁊ ꝑcuſſione.
Quid dauich
Aqua oſtrachoꝝ crudoꝝ
¶ A ventoſitate.
Flos vitis ſilueſtris.
Nux cipreſſi.
¶ Ab apāte.
Cauda cabalina.
Maſtix.

## ¶ Capitulum. 6. De cōgelatione lactis vel ſanguinis in ſtomacho.

Coagulationē ergo lactis i ſtomacho diſſoluit caſſa mixta cū ſerapino qñ cū aq̄ ⁊ vino mixtis ſumunt. ¶ Sanguinē cōgelatum diſſoluit ſuccus

Aſſa cum ſerapino
Succꝰ folio. ebuli.

foliorum ebuli bibit⁹. Eundē āt ſanguinē cōgelatum diſſoluit lixiuiū hmōi qñ ex eo bibitur. ʒ. j. ſ. cum pauco oleo. ℞. extremitatum ficus domeſtice vel ſilueſtris et ꝑ prius cōburat̄ et tollatur cinis et ifundat̄ in aq̄ aliquibus horis poſtea colet̄ et in colatura ponat̄ alius cinis et fiat vt prius et hoc pluries fiat et in fine adminiſtret̄. Huic autē lixiuio eſt propinquū lixiuiū factū ex cinere q̄rcus qñ ſimiliter fit.

Lixiuium.

¶ Coagulū āt leporis eſt bezaar in coagulatione lactis i ſtomacho: et ſimil'r oē coagulū: ſꝫ leporinum fortius: et hoc placuit Gal. Et hoc idem cōfert ad ſang. cōgelatū. ¶ Et dixit Raſ. ꝙ coagulum parui catuli cū vino bibitum diſſoluit coagulata ſolutione leui et aleuiat ipſa hora qua potat̄. Lac inſup et ſanguinē coagulatū iſtomacho diſſoluit cinis yſopi humide i potu ſumptus. Eſt autē yſopus humida humiditas quedā q̄ a pilis et lana q̄ eſt circa pudibunda arietū aſſumit̄. Et mirū eſt de lacte ficus optime liq̄facit ſanguinē et lac et coagulata et que ex eis liquefacta ſunt coagulat et hoc teſtatur Auic.

Coagulū leporis. Coagulū parui catuli. Cinis yſopi humi. Lac ficus.

¶ Nos autē expti ſumus et i rege raſie fecim⁹ acetū. nā illō datū pax bibere aut cū modica aqua valde ſtatim vomere facit lac coagulatū in ſtomacho.

¶ Additio.

¶ Quidā paſſus eſt fluxū ſan. na. ex quo ad eius ſtomachū fluxit ſan. multitudo et coagulatus i ſtomacho accidit ven. iflatio quare dedi mel cū ſucco apij et euomuit ſan. coagulatum et liber factus eſt.

fluxꝰ ſang. narium

¶ Tractatus. ii. primi ſermonis. De diſpoſitionibus epatis et continet capitula quinqꝫ.

¶ Capl'm primū. De epaticis et epatis debilitate.

Epar creauit de⁹ tāq̄ꝫ anchorā in corpe: alligate. n. omnes vene ad ipſū ſine pōderoſitate trahunt̄ et ſic aperte ꝑmanēt ad tranſitū nutrimenti ꝑ eos ipm āt eſt ex

nutritiuis mẽbris cõibus vt minera nãlis virtutis
qđ enim in ſtomacho eſt digeſtuz ſtatiz vadens ad
epar ibi ſtatim perfectam ſecundam digeſtionez re/
ipit ⁊ mutationem in quattuor hũores q̃re de ipſo
merito poſt tractatũ de ſtõ ẽ dicẽduz. ¶ Dicemus
igit̃ nũc de hñtibꝰ epar debile quos vocamus epa/
ticos. ¶ Et epaticis q̄dẽ maxie ꝓdeſt ſuccus gẽtia/ — **Succꝰ gẽtiãe**
ne qñ cũ aq̃ bibit̃. ¶ Ad idẽ ãt ẽ maximũ preſidiuz — **Camomilla.**
camomilla cuz aq̃ calida ẽt ſi febres exiſtant. ¶ Ad — **Malua ma/ciana.**
oẽs epatis iniurias mala maciana maxime pñt ſub — **Epar lupi.**
uenire: ſicut ad oẽs eiꝰ egritudines confert multuz — **Lignũ albũ.**
epar lupi ⁊ lignũ albũ multũ ꝯfert ei i oi eius diſpõ
ne. ¶ Ad epaticos aũt eſt ſingulare remedium vi/
nũ đ paſtinaca ⁊ eiꝰ vſus cuiꝰ doctrina poſita eſt ſu/ — **Vinuz de pa/ſtinaca.**
pra ca. 2. trac. de diſpõne ſtõchi. Gal. ãt dixit i libro
ſuo đ nutrimẽtꝫ ꝙ vſus piſtachiorꝝ ep bõificat. — **Piſtachia.**

¶ Caplm. 2. De opillatiõibus epatis.

STrictura viarũ que in epate maxima cã eſt vt
frequẽter opillões cadant in ipſo quorꝝ cu/
raz nunc dicemus. ¶ Et ad opillões epatis cen/ — **Cẽtaurea mi/nor.**
taurea minor ẽ ex nobilioribus medicinis ⁊ nõ ſo/
lũ i opillonibꝰ ſed in hicteritia. Et dixit Gal. i. 7. ꝙ
cẽtaurea mi. ẽ optimũ farmacũ ẽplata. ¶ Ad idem
ãt valde ꝯfert taraſacõ ⁊ eſt endiuia ſilueſtris ſiue ſit — **Taraſacon.**
interius comeſta ſiue exteriꝰ emplata ſeu applicata. — **Cubebe**
¶ De cubebis ãt ſcriptũ ẽ ꝙ fortiter opillationes — **Rubea tinto/rum.**
apiunt. ¶ Et in aptiõe earꝝ rubea tintorꝝ ꝓprietatẽ
hꝫ. ¶ Apiũt ãt vias cibi ficus ſicce qñ mãe ſtõ ieiu — **Ficus ſicce.**
no cõedũt̃ cũ nucibus ꝙ meliꝰ eſt aut cũ amigdalis
⁊ i hoc caſu ſunt mirabilis iuuamẽti. Et Gal. dixit
in 2. tra. đ nutrimẽtis. ꝙ idez opat̃ ſi cũ pipe aut ca
lamẽto ſumãt̃. Et nos q̄dẽ cũ pipe damꝰ: nã cũ pre
dcã vtilitate quã faciũt: abſtergũt ſtõm ⁊ ipz cõfo/
tãt. ⁊ h̄ ꝑ ſtõ nr̃o laudo. ¶ Aduertẽdũ tñ ꝙ oiaq̃ di
cunt̃ đ hicteritia i h̄ cã u ꝯueniũt ⁊ ecõtra: ſꝫ h̄ ma

gis approꝑetate hic: illa ꝓo ibi q̄re alternatiꝫ ꝑ mu-
taꝛ, licebit auxilia. ¶ Expti q̄dē sum⁹ ꝙ semē cuscu-
te est ex meliorib⁹ medicis ⁊ fortiorib⁹ reb⁹ i apien-
do venas ꝑuas ⁊ magnas ꝑcipue qñ cū bono zuc.
admistraꝛ. ¶ Utimur āt i hoc casu tyriaca n̄ra scri-
pta sup̄ ca. d̄ soda dādo eā cū d̄coctōe absintbij ⁊ ma-
xie circa finē egritudis. ¶ Ex exptiꝫ p̄nis ē vt tol-
laꝛ farina lēticule excorticate vsq̄ ad coclear vnū ⁊
cū aq̄ feni. ℥. ij. ⁊ vrine ifantis nō poluti. ℥. j. misceaꝛ
⁊ quolꝫ mane bibaꝛ. Est. n. potēs nō solū i hoc cāu:
sꝫ ēt aptione opillōnū splenis ⁊ omniū nutritiuoꝝ.

Semen cuscute. Tiriaca. Expiū p̄nū.

¶ Capitulū. 3. De hicteritia ⁊ inflatione epatis.

Hicteritia est fedus color totiuꝫ q̄ vt plurimū
ſeq̄tur opillationē epatis q̄cūq̄ sit illa ⁊ tūc
est hicteritia citrina qñq̄ vero opillationē splenis:
⁊ tūc fit nigra. Gratia igiꝛ breuitatis de vtraq̄ dice-
mus. Et q̄ quecūq̄ opillationi ꝯferūt i hoc casu iō
⁊ ꝑdicta de cura opillationis possunt adduci pro-
prie hicteritie q̄ nunc scribemus. ¶ Et ex eis q̄ illā
tollunt est succus pentaphilon. est. n. maximū presi-
diū qñ ex eo tolluntꝛ tres ciati. Est aūt ciatus. ℥. j. s.
¶ Electuariū āt cū lacte naribus imissuꝫ est presi-
diū singulare. ¶ Semē quoq̄ rosmarini cū pipere
⁊ vino datū est singulare remediū. Cōfert aūt i hoc
casu decoctio folioꝝ raffani. ¶ Cōfectio de amig-
dalis i hoc casu est vehemens medicamē q̄ est. ℞.
amigdalaꝝ amaraꝝ. ℥. ij. gētiāe. ℥. iiij. anisi. ℥. ij. absin-
thij pontici. ℥. j. simul teranꝛ ⁊ cribellenꝛ: ⁊ ex hoc
puluere daꝛ coclear vnū cū aq̄. His āt q̄ timēt ama-
ritudinē deꝛ cū mulsa. i. aq̄ mellis. ¶ Mirifice etiā
facit ad hicteritiā iecur eritij siccum qñ ꝓpinaꝛ in
potu. ¶ Scriptū est ꝙ camepitheos cōfert sup oīa
medicamina ⁊ maxime recēs: ⁊ hoc qñ flores eius
bibunꛈ septē diebus cū vino ⁊ ēt eius decoctio bi-
bita septeꝫ diebus sanat illā. ¶ Ideꝫ āt facit came-

Succ⁹ pēta-philon. Quid ciatus. Electerium. Semen ros-marini. Folia raffani. Descriptio ꝯfectōis d̄ amigdalis. Iecur eritij. Camepiteos. Camedreos.

rot radicis celidonie ... ad yctericiā

dreos. ¶ Ad hicteritiaȝ quoq; decoctio ſtipticum
affodillorum eſt maxima medicina cum in potu ſu/ — *Affodilli.*
mitur. ¶ Nigram autem hicteritiā ſanat litiuȝ bi/ — *¶ Ad nigrā hicteritiam.*
bitum deforis ſpleni illinitū. De ramis arboris eius — *Litium*
eſt ſcriptum ꝙ conferūt vltime in hicteritia omni. — *Cuſcute.*
¶ Aqua āt decoctiōis cuſcute bibita eſt mirabilis. — *Vene ru. tin.*
¶ Eandē aūt curāt vene rubee tinctoꝝ ſumpte ⁊
maxie cū aniſo i vino al. hoc aūt ſm quoſdaȝ eſt ru/
bea tintoꝝ. quidā aūt dicunt ꝙ ſunt radices grane.
¶ Cōfert āt ad vtrāq; hicteritiā valde decoctio ca — *Calamentū.*
lamēti bibita ⁊ balneū etiā decoctiōis eius. ¶ Ad
idem autē bibātur tres auf. ſolū buchor marien ⁊
eſt panis porcinus cū vino aut mellicrato pmixto — *Pan's porci.*
aqua ⁊ ſanaf. ſed patiens pannis cooperiaf ⁊ ſudet
multuȝ ⁊ ſudabit ſudore colerico. ¶ Dicit āt Gal.
7. d ſimplice medicina. oȝ aūt puto bibitā eſſe aquā
eius vſq; ad .ʒ. iij. ⁊ reliqua que dicta ſunt ſubdit: ⁊
dixit Meſue. ʒ. iiij. eius bulliant diſſolute cū zucha
ro vſq; ad tertiā partē ⁊ bibanf mane ⁊ fiat ſicut di
ctuȝ eſt ⁊ eſt medicina experta quā nos etiam expti — *Lumbrici ter-*
ſumus datur etiā cum mellicrato. ¶ Bibanf autē — *reni.*
lūbrici terreſtres cū vio ⁊ hicteritiā ſanāt. ¶ Ra/
ſis dixit ꝙ ſi bibātur ex felle leonis dauich nouem — *Fel leonis.*
curat hicteritiā prima vice. ¶ Et dixit ſterc⁹ ouis — *Sterc⁹ ouis.*
bibitū ad pōdus. ʒ. ij. cū oximelle curat hicteritiaȝ.
